sub prohibicione predictorum de sepult. cum nullis li. vi. de sponsis susceptum
illud tamen procedit restringendo prohibicionem ad verba et stricte sumendo sacramenta pro septem sacramentis sed prout sacramenta sumuntur
pro qualibet re sacra uel benedicta sub appellacione sacramentorum continetur
ecclesiastica sepultura de primo non satis et c. cum in ecclesie et c. ad apostolicam in
quibus satis est expressum sed si privilegium esset concessum sup. audicione divi
norum non sacramentorum de percepcione sacramentorum satis videtur
dubium tamen placet et possit audire iuste et per illud privilegium inter
posse fore concessam ecclesiasticam sepulturam per racionem cur remittamus ungrecl
xxiii q. ii sane de sepul. excepte n. nisi et quia cui conceditur ingressus p.quis sepultura
dr. de sen. ex. is qui li. vi. Concessa igitur audicione divinorum videtur concessa
ecclesiastica sepultura ad hoc xxiii q. v placuit gratiam pristinum statum per tale privilegium
videntur in talibus restituta racione cuiusdam connexitatis siue coherencie c. de sen.
pat. li. vi. Sed intelligo sepulturam permissam dictis privilegiis cessantibus so
lempnitatibus ut de clericis qui servaverunt interdictum dicitur in decr. quod inter
nisi aliud in privilegio exprimatur verba ipso privilegio et tenor consuetudinem de privilegiis
porro et c. accepimus Sed queritur an defuncti tempore interdicti et propter ex
cimiterium sepulti relaxato interdicto possit in cimiterio sepeliri dicunt
Innocentius et Hostiensis in decr. tanta de ex. re pla quod sic si in eis tempore mortis appa
ruerunt signa contricionis et penitentie allegant Innocentius de sen. ex. c. cum illorum hoc l.
et a nobis in idem Jo. an. de sepul. eos in clem. in glo. si qui Sed quid si
interdictus fuit sepultus in cimiterio uel non interdictus tempore inter
dicti

nunquid ibi relaxato interdicto ibi manebit dicunt doctores predicti quod si
fuerit penitens non exhumabitur quia res pervenit ad eum casum in
quo id fieri potuit de consecr. di. i. placet ff. ad leg. aquil. quia in eum
et quia non de sen. ex. a nobis in glo. placuit. Idem Inno. Vo. an in predicta
clem. eos glo. s. qui. An vo. a talibus sepultis tempore interdicti liceat clericis
mortuaria recipere sive funeralia dic ut dixi cum tractavi de testamento prin.
v. Item queritur an ab interdictis dubitant doctores an omnibus quoque
cooperantes in sepultura cimiteri defuncti nominatim interdicti vel alterius
sepulti tempore interdicti in casibus non expresso in iure sint excommunicati secundum
predictam clem. eos puta aperientes sepulturam vel fabricantes vel foden-
tes terram vel non ponentes tamen in sepulcro vel fovea portantes cruces
vel cereos vel portantes fi vel associantes causa honoris vel amicitie
vel alia divinum officium facientes vel non prohibentes cum possint
michi procul dubio videtur quod si cum divino officio sepultus est quod omnes
predicti dicta excommunicationis pena ligantur quia hoc casu omnes sunt participes
crimine sive cooperantes ad hoc de sen. ex. nup. et c. si concubine xxi q. iii praecipue
si vo sine officio clericorum defunctus sepultus est etiam in loco cimiteri
ato licet sit tutius dicere predictos omnes fore ligatos excommunicationis sententia
de qua in dicta clem. eos ar. de cler. ex. mi. illud tamen credo istos non ligari
predicta pena sed quia videntur contemnere generalem prohibitionem petunt
arbitraria pena puniri etiam per censuram iudicem xiii q. ii c. ad idem de offi. del.
decanus in fin. Ad hoc dicendum me movit finis predicte clem. ubi nul-
lus eis contra premissa exceptionis privilegio etc. per que verba videntur remo-
veri privilegia que clericis non ecclesiasticis personis solent concedi et non laicis ut
ergo verba non videantur supervacue apposita ff. de lega. i. si quis de mea et obe. solite
tamen si expressum intelligatur etiam de clericis quibus talia privilegia solent concedi ut sic
dictum intelligatur sicut quod talia adiuncta possunt adoptari i q. ii sacerdos de regula
licet de sepul. ex. one. et si pro. li. vi et facit quod no. xxx q. ii omnis. Sed pri-
vilegia exemptionis concedi solent clericis et etiam ecclesiasticis personis de illis ergo debet
intelligi privilegium dictum c. nec enim exemit laicos a iurisdictione suorum iu-
dicum temporalium x di. quoniam xc di. adversum in fi. qui si sunt legitimi
q. ii de sepul. c. in nostra. no. et legitimum per Inno. et alios de foro compe. licet ex
suscepto. Item sepelire vel sepultura ecclesiastica respicit clericos ad quos pertinet
xvi q. i placuit i2 q. ii c. his ita et cum funera ad sepulturam deferunt di-
vina officia cantare ut est expressum xiii q. ii qui divina xxiii q. v plac.
ad idem de rapto c. ii Ben. facit usur. quia in omnibus ubi pena suspensionis
que imponitur sepelientibus manifeste usurarios non potest complecti in se

clericos et ideo oportet illam de clericis intelligere et non de laicis nam pena
iuris non hic locum nisi in casu ubi materia super qua fundatur est
capabilis ad illam suscipiendam ut bene probatur de elect. c. in compromissa-
rius q restringitur l. vi et quod ibi no. in glo. ult. facit ff de iur. patro. l.
adigere q cuius debiga debitum facit quod dixi s. v. sed possit dubitari ex
predictis infertur vel possit inferri quod dispositio dec. clem. inquantum sepe-
lientibus in cimiteriis ecclesiarum imponit penam excomunicationis adiecta talia que
adaptatur clericis et ecclesiasticis personis de ipsis clericis et ecclesiasticis personis quo-
rum officium proprie est tradere ecclesiastice sepulture per divinorum celebrationem debet
intelligi et non de laicis Item quid dices si tales dicunt officium sepulture
sine funere et postea deponentes funus in loco secreto non imponunt in humo
vel cimiterio vel ipsum non imponunt sepulcro numquid sunt excommunicati vere
secundum opinionem contrariam est dicendum quod non quia textus dicit sepelire in
humo vel cimiterio mortuum tradere et sic per solam officii celebrationem non esset
delictum consumatum ergo non incidunt in penam de elec. perpetue li. vi cum simi-
libus sed non credo quod aliquis dicat hoc quia semper fieret hic durante in-
terdicto saltem de solemnitatibus personis defunctis et per hoc dicta clem. esset
facta ludibria et lex imposita verbis et non rebus contra id de elect. commissa q por-
ro li. vi si tamen omnino velles indurare preter predictum ubi sepelire et quo
aliud non possum concedam ubi quod incedentes tumulo et ad id rogantes
sunt accipientes defunctum foveam facientes Item illud mandantes pro-
cul mulier de sen. ex. cum contra et qui possunt prohibere et non prohibent
et durante ligantur dicta pena non autem portantes cruces vel cereos
vel aspersores vel alii similes ad hoc deputati sicut dignum q vi et ff ad leg.
aquil. l. sunt scripture q finis et vita vulneratus

Ad septimum membrum et ultimum scilicet qualiter tollatur ecclesia-
sticum interdictum quicquid de hoc dixit hostiensis de appellationibus c.
cum dico quod speciale interdictum persone pro cuius contuma-
cia promulgatum tolli debet prestita cautione de stando iuri
de v. sig. ex parte si aliam cautionem prestare non potest iuret quod parebit mandatis
ecclesie de sen. ex. venerabili eodem modo tollitur si pro dubia offensa in aliquem lata fuit
sed si manifesta offensa vel culpa singulis personis fuit interdictum promulga-
tum absolutionem sive relaxationem precedere debet satisfactio ut in predicto
c. ex parte si autem non potest satisfacere prestet ydoneam cautionem vel iura-
toriam si aliam prestare non potest C. de epi. et cle. auctoritate generaliter de do-
na. inter vir. et uxo. per verbis de sen. ex. c. si q illis etiam li. vi Idem
per omnia intelligas si fuit promulgatum interdictum in ecclesiam
singularem quod quedam si poterit propter culpam prelati vel prelatorum capituli ecclesie

ut dicti § in membro v sed quero an speciale vel interdictum generale s. generale loci
vel universitatis siue capituli siue communitatis sine certa forma tollitur vel re-
laxatur et in hoc casu non reperio certam formam in iure cauetur quod ta-
le interdictum dicitur reuocari quod in ea c. uno li. vi vel relaxari de sen.
ex. c. perti li. vi. Illorum tamen qui fuerunt culpabiles ante huiusmodi rela-
xationem debet exigi satisfactio vel cautio ordine seruato ac predicti q.
illis etiam Sed solet queri si aliqui interdicti satisfacere debeant quo ad
hoc ut interdictum relaxetur Dico sic si est persona specialiter interdicta
sicut dicitur de excommunicato absolutionem petente ad mandatum eius est
offendo de offi. deleg. Cum contingat de eo qui duxit in ma. significasti de
ejus plene scripsi de capitulo ab excommunicato ad fi. Si aut locus tamen et
non persona vel capitulum seu universitas fuerit interdicta non est questio quod
non requiritur alicuius satisfactio preter illius vel illorum quorum
culpa interdictum principaliter latum fuit Absurdum enim esset quod ab
isto requireretur satisfactio qui in nulla fuit culpa de consti. c. ii Cum
contra ergo concludo quod si esset generale interdictum loci vel universitatis
de iure singulis persona non debet absolui vel circa ipsam vel ipsum
interdictum relaxari quod est contra aliquos inquisitores heretice pra-
uitatis qui pretextu cuiusdam priuilegii Innocentii v. qui precessit bo-
nifacium cuius fuit decl. alma frequenter id faciunt de priuilegio dici-
tum titulo de cruce signatis non obmitto quod disputauerunt antiqui et
moderni An interdictum possit ad tempus suspendi per alium quam
per papam et si potest relaxari et interim appellatio contingat an appellatio ef-
fectum interdicti de futuro tempore suspendat de his plene no. de appel.
ad hec quam ibi dixi et c. dilectus Breuiter dic quod interdictum persone su-
spendi non potest nec excommunicatio ad hoc de sen. ex. Cum desideres sed
interdictum loci bene de spon. non est nobis de priuil. ut priuilegia et est
diuersitatis ratio quia locus interdicitur qui non deliquit nec potest
vel potuit delinquere cum sit res inanimata unde est sensus interdicto
loco i. celebrantes in loco interdicto ubi presens potest ab hac sententia exci-
pere quos vult Ita quod illi officia celebrantes in loco sint excommunicati et
non alii et quod tamen certo tempore seruent interdictum s. cum dominus l.
re fuerit presens et non alias de offi. del. sane ii de spon. non est nobis vel si pro-
prie dicta locus interdictus quia tamen ideo dictum fuit propter delictum
hominis non loci poterit ibi celebrari ad tempus i. illud interdictum
suspendi ut in c. priuilegia sed si persona est interdicta hoc est propter
propriam culpam ipsius et ideo istud interdictum non potest suspendi

si ein penitz et satisfacit relaxanda est snia al' non debet sacramenta tractare lxxxi di. Si qui pb. et c. ministri et c. oportet secundum Inno. et Ho. in decl. ut puta. Ad aliam questionem licet Hostiensis videatur aliter sentire dico quod si medio tpe suspensionis interdicti lati appellatio non suspendit effectum pro tempore futuro et est ratio quia suspensio respicit actum manente habitu xv q. vi c. placuit et vbl de offi del. prudentiam § sex et de cura furio l. pbt cum similibus et sic pro tempore futuro tantum post appellationem non est novum interdictum ut in predictis glo. patis ro quod snia manet ligans saltem habitu, sed effectus talis sne non suspenditur per appellationem sequentem ut in decl. predicta Ad lex quod ad decl. dilectis que videtur facere contra illud quod dixi respondeo quod ibi lata fuit snia sub condicione unde appellatio interposita ante condicionis eventum habuit impedire non dico suspendere effectum sne interdicti ut c. c. Preterea nulla snia est valde timenda et fuanda cum sit nervus sne censure et date potestatis de consue cum inter nos concessa ipsi eme a cristo cui est honor et gloria per infinita secula seculorum Amen

Explicit materia interdicti utilis et bona compilata per dominum Johannem Calderini decretorum excellentissimum professorem Scripta ex Erac sub anno nativitatis domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio

In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Ad perpetuam rei memoriam

Alma mater ecclesia plerumque nonnulla racionabiliter ordinat et consulte que suadente subditorum vtilitate primo consulte et racionabilius reuocat addit interpretatur et minuit corrigit quoque in melius et commutat. Hinc est quod nos Nicolaus dei gracia sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopus et primas in partem sollicitudinis licet immeriti domino disponente vocati assidua meditacione vrgemur cura nostris humeris imposita arguimur super modo et more dispensacionis officii nobis crediti vna cum Coepiscopis nostris certis que prelatis tam religiosis quam secularibus prouincie nostre Gneznensis qui vtique per eandem nostram prouinciam suscepti regiminis et Cure pastoralis onera nobiscum ferunt et efficaciter preuentur subditorum vtilitati consulere debemus et saluti. Considerantes itaque diuersa statuta prouincialia per venerabiles patres sancte memorie predecessores nostros Archiepiscopos Gneznenses et aliquos sedis apostolice legatos edita in multis et diuersis voluminibus seu libellis dispersa ita vt propter eorum dispendiosam multiplicitatem an statuta essent prouincialia an statutorum huiusmodi vim haberent verisimiliter poterat dubitari et aliqua ex eis erant penalia et eciam non minimum onerosa ex quo procedebat negligencia. Et clerus noster in spiritualibus exinde subiebat plurima dampna detrimenta et incommoda paciencia perdendo animarum. Nos iugi meditacione reuoluimus in armario cordis nostri quomodo ex officii nostri debito huiusmodi incommodis et animarum periculis deo propicio occurrere valeamus auctoritate apostolica nobis in hac parte concessa capitulo tempore Sinodum prouincialem in Wyelun opido nostre diocesis statuimus celebrandam. In qua venerabilibus patribus dominis Alberto Cracouiensi Iacobo Ploczensi Andrea Poznaniensi et Nicolao Wylnensi Episcopis et eorum capitulis ac nunciis et procuratoribus Reuerendorum patrum dominorum Conradi Wratislauiensis Iohannis Wladislauiensis et Iohannis Lubucensis Episcoporum multis que aliis prelatis tam religiosis quam secularibus et clero nostre prouincie in copioso aggregatis numero deinde corrigendis et reformandis huiusmodi statutis tam per Iohannem vicesimumtercium tunc in sua obediencia nominatum quam per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Martinum diuina prouidencia papam quintum modernum nobis graciosius concessis in medio Sinodi legi solempniter fecimus et publicari. Quibus lectis et publicatis huiusmodi statutis cum dictis Reuerendis patribus dominis Episcopis et certis prelatis examinauimus. Et quia propter ipsorum dispendiosam huiusmodi multiplicitatem ea tunc commode examinare et moderari non potuimus eandem Sinodum vsque ad octauam beate Marie virginis continuauimus in Kalisch opido nostre diocesis consumandam vbi tunc dictis statutis diligenter reuisis recensitis et examinatis de consensu et assensu dictorum Reuerendorum patrum Coepiscoporum nostrorum aliorumque prelatorum et Cleri resecatis superfluis sub certis et consuetis titulis duximus redigenda quedam eciam per nonnullas ordinaciones pro loci et temporis qualitate statuendo. Volentes vt vniuersi qui nobis siue diocesana siue Metropolitana auctoritate subesse censentur hunc tantum libellum pro Statutis Pro-

vincialibus in futurum utantur Inhibendum districtius ne quis in antea
Statutorum huiusmodi possunt in iudicio uel extra uti cartulis libris seu qua
cunque fide carent decernimus in hac parte hoc sacro concilio approbante
provinciali

Johannes Episcopus servus servorum dei Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo
Gneznensi Salutem et apostolicam benedictionem Ad statum Ecclesiarum locorum et
personarum Ecclesiasticarum omnium salubriter dirigendum nostri pastoralis officii de
bitum curae vigilibus intendentes ad eorum correctionem et reformationem cu
m a nobis requiritur seu alias expedire conspicimus libenter adhibemus solicitudinis
nostrae partes Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat
quod licet olim in provincia Gneznensi per nonnullos delatores et alios Sedis
apostolice legatos ac nuntios quedam Statuta provincialia pro incremento
et salubri statu Ecclesiarum et Cleri in illis partibus edita et extunc ut asse
ritur per spatium alicuius temporis observata fuissent illa tamen successu temporis per
desuetudinem neglecta et abrogata fuerint et licet illa tunc forsan ec
clesiis et clero predictis iuxta cursum illorum temporum utilia esse viderentur
tamen modernis temporibus alias illic dispositis seu immutatis quia nimis sunt
penalia et etiam non mediocriter onerosa, ex quo huiusmodi processit et procedit
negligentia et propterea Ecclesie et clerus prefati in spiritualibus plurima subie
runt hactenus et subeunt detrimenta Quare pro parte tua nobis fuit humiliter
supplicatum ut in premissis salubriter providere de benignitate apostolica di
gnaremur Nos igitur quorum interest tuum est laudabile propositum in
hac plurimum in domino commendantes ac cupientes provincie ecclesiarum
et Cleri prefatorum saluti et tranquillitati eorum quoque felici statu favo
rabiliter providere fraternitati tue auctoritate nostra convocandi hac vice dum
taxat omnes et singulos suffraganeos tue Metropolis et alios
prelatos necnon etiam aliquos probos viros in Sacra Theologia et
iure Canonico eruditos et alias personas ad hoc utiles in eadem provin
cia constitutos de quibus tibi videbitur cum quorum aut sanioris partis
eorum assistentium consilio et assensu predicta statuta diligenter revi
sitis et examinatis illa ex ipsis etiam si auctoritate apostolica fuerint con
firmata que correctionis modificationis declarationis et reforma
tionis officio noveris indigere pro felici conservatione et augmento
Ecclesiarum et Cleri predictorum corrigendi moderandi declarandi refor
mandi immutandi et supplendi, necnon etiam nova si expedit ede
dum statuendi et ordinandi ac omnia et singula faciendi et
ordinandi in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet
oportuna Contradictores quoque per censuram Ecclesiasticam
et alia oportuna iuris remedia appellatione postposita com
pescendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facult
tem Volentes nichilominus et eadem auctoritate decernentes quod
ea que cum huiusmodi assistentibus consilio et assensu Suffra
ganeorum prelatorum et aliorum prefatorum provide et rationa
biliter ceteris statuere vel etiam ordinaveris in hac parte

Illam firmitatem idem qz robur obtineat in omnibz et per omnia
ac si per legatum pfate Sedis a late si quis in illis ptibz deputa
tus extitisset in ipa puincia solennit edita et publicata fuisset Et qz
tu et successores tui Archiepi Gnezn et quilz eorum Suffra
ganeorum et ipsorum successores vz singuli Epi dicte puincie qui erunt
p tpe per nos vel alium seu alios in vris Ciuitatibz et dioc ipor
que correxeris moderaueris declaraueris reformaueris ac illorum etiam que
forsan denouo statueris iux modum pdictum libere exequi possitis et etiam
debeatis put ratio dictauit et fieri poterit de consuetudine vel de Iure
Non obstantibz si aliquibz comit vel diuisim a Sede pdicta sit in
dultum qd interdici suspendi vel excommunicari non possit p lras aplicas
non facientes plenam et expressam ac de vbo ad vbum de indulto huiusmodi
mentionem Datum Rome apud sanctum Petrum viiio kls Septembris
pont nri Anno tertio

Tenor Bulle Sctissimi dm nri dm Martini Pape moderni

Martinus Epus seruus seruorum dei Venbli fri Nicolao Ar
chiepo Gneznen Salutem et aplicam bndictionem Ad ea ex aplice
seruitutis nobis iniuncto officio desup p que ecclie laudabilit regi
valeant in diuinis et Clero onerosa non existant libent intendimus
ea que fauoribz prosequimur oportunis Dudum siquidem pparte tua Ba
ldassari qui tunc Iohannes xxiii in sua obedientia nominabatur et cui qua
Ciuitas et dioc ac puincia Gnezn existebat exposito Qd licz olim
in dicta puincia p nonnullos de late et alios Sedis aplice legatos et
nuntios quedam Statuta puincialia p incremento et statu ecclesiarum
et Cleri in illis ptibz edita et extitit ut asserebat p spatium aliquis te
poris obseruata fuissent Illa tamen successu tpis per consuetudinem
neglecta et abrogata fuerunt et licz illa tunc forsan ecclesiis et
Clero pdictis iuxta cursum illorum tpm vtilia viderentur Tamen modernis
tpibz rebz alias ibi dispositis seu immutatis qz nimis erant pena
lia et etiam non mediocriter onerosa ex quo pcessit et pcedebat hu
iusmodi negligentia et ppterea Clerus pfati in Spualibz pluri
ma subierit put adhuc subiebat detrimenta dictus Baltasser
tunc Iohannes xxiii ut pmittitur nuncupatus p suas lras tibi
auctoritate sua conuocandi caute duntaxat omnes et singulos
Suffraganeos tue prouintie Gneznen et alios platos
nec non aliquos pbos viros in Theologia vel in Canonico
Iure eruditos et alias psonas ad hoc vtiles in eadem prouin
tia constitutas de quibus tibi videretur cum quorum aut sa
nioris partis eorundem assistentium consilio et assensu predictis
statuta diligenter recensitis et examinatis illa ex eis etiam
si auctoritate aplica fuissent confirmata que correctionis
modificationis declarationis et reformationis officio nostris
indigere pro felici conseruatione et augmento ecclesiarum et
Cleri pdictorum corrigendi moderandi reformandi immutandi

et supplendi nec non etiam noua si expediret edendi statuendi et or
dinandi ac omnia et singula faciendi et ordinandi in premissis
et circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna Contradi
ctores quoque per censuram ecclesiasticam et alia oportuna iuris re
media appellatione postposita compescendi per suas litteras conces
serat facultatem ac voluerat et eadem auctoritate decreuerat quod ea
que tu cum huiusmodi assistencium consilio et assensu Suffragane
orum prelatorum et aliorum prelatorum prouide ac racionabiliter agens
gerens statueres et etiam ordinares in ea parte illam firmitatem
idemque robur obtinerent in omnibus et per omnia ac si per
legatum Sedis prefate a latere si quis in illis partibus deputatus
~~tatus~~ existeret in ipsa prouincia solemniter edita et publicata
fuissent quodque tu et tui successores Gneznenses Archiepiscopi
et quilibet eorundem Suffraganeorum et ipsorum successorum videlicet
singuli Episcopi dicte prouincie qui essent pro tempore per se vel alium
seu alios in suis Ciuitatibus et diocesibus que tu corrigens modera
res declarares reformares ac etiam illorum que forsan denouo statu
eres iuxta modum predictum libere exequi possetis ac possent et
deberent prout racio dictaret et etiam fieri posset de consuetudine
vel de iure et prout in dictis litteris plenius continetur Cum autem
sicut exhibita nobis nuper pro parte petitio continebat tu in huius
modi tibi concesse facultatis et litterarum execucione prefati Baldassa
ris tunc Iohannis xxiii nuncupati qui per generale conci
lium Constancien a iure quod se habere dicebat in papatu
depositus extitit obediencia durante predicta minime processeris du
bites quoque ad huiusmodi execucionem procedere non posse Apostolica super
hac parte licencia non obtenta pro parte tua nobis fuit humiliter
supplicatum ut prouidere tibi super hac de benignitate Apostolica
dignaremur Nos igitur Ecclesiarum et Cleri vtilitatem
et comodum affectantes huiusmodi supplicationibus inclinati ut
ad huiusmodi facultatis et litterarum iuxta ipsarum seriem et tenorem
procedere etiam tu et tui successores ac Episcopi prefati ea
que parte earum premissa correcta declarata moderata refor-
mata et denouo statuta fuerint exequi iuxta earundem
litterarum seriem et tenorem libere et licite valeatis tibi et
eisdem Successoribus ac Episcopis licenciam elargimur Non
obstante omnibus que dictus Balthassar tunc Iohannes
xxiii in prefatis litteris non obstare voluit ac aliis contrariis
quibuscunque Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire
Si quis hanc attemptare presumpserit indignationem omni
potentis dei ac Beatorum Petri et Pauli apostolorum
eius se nouerit incursurum Datum Constancie viii Kalendas Ianuarii Pontificatus nostri anno primo

Sequitur Rubrica de Sūma Trinita te et fide katholica

In p͂mis statuimus q̄ in fide Sc̄te Trinitatis et incar nationis sacerdotes populum tam maiorē q̄m minorem debe ant instruē diligent͂ De Trinitate autem ad minus te nentur docere exp̄sse q̄ pater et filius et spūssanctus tres sūt p̄sone et vnus deus et vna p̄sona nō est alia et cum fides nō subiacet rōni nō est querendum nec per laicos disputandum de his que ad fidē p̄tinēt quō vel quare sed simplr̄ credendum in ar ticulis fidei diuinitatē et humanitatē domī nr̄i Jesu christi co ncernentibus quod credit tenet et docet Sc̄ta Romana eccl̄ia mater nr̄a et q̄ oms̄ p̄sbiteri et signant͂ Curati articulos fi dei p̄ncipales sciant et doceant explicite et distincte prout in Simbolo Ap̄lorum continentur

2 Cum celebracio missarum et potestas clauium ligandi et soluendi nō ex uita et mito sed ex officio dependeat sacerdotum Jdō Statuī ut si aliquis laicus vel Clericus vtriusq̄ sexus cuiuscunq̄ digni tatis religionis uel status existat ausus sit presumptuose dam nabilē publice predicare vel occulte docē credē vel tenē p̄tina citer q̄ Sacerdos in mortali existens pc̄tō nō possit cōficē corpus christi seu sit ligatus nō possit soluere vel ligaē suos subditos a peccatis pro hētico et incredulo habeatur Quē errorē huius sacri Concilij app̄batione damnamus et damnatum dudum nuncia mus anathematisamus et penitus reprobamus

Damnamus insuper anathematisamus et rep̄bamus penitus oms̄ articlos Johannis Wicklefh et Johanis huss et sequacium eo rundē et p̄serti illorum errorē qui eos p̄sumtione dampnabili au dent publice predicaē vel occulte docere vel tenē Et de neces sitate salutis laici sint comunicandi sub vtraq̄ spē sc̄ panis et vini Qui error per decretum Sacri Concilij Constancien̄ est da natus quod sequitur in hec verba

In nomīe Sancte Trinitatis et Indiuidue vnitatis patris et filij et spūssancti Amen Cum in nonnullis partibus quidē temeritate asserere p̄sumant xp̄ianum cristianum debē sacrum Eukaristie sacramentum sub vtraq̄ panis et vini spē

suscipere et non solum sub specie panis sed etiam sub specie vini populum laicum passim communicant etiam post cenam vel alias non ieiuni et communicandum esse pertinaciter asserunt contra laudabilem Ecclesie consuetudinem rationabiliter approbatam quam tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare conantur. Hinc est quod hoc presens sacrum Constantiense generale Concilium in spiritu sancto congregatum adversus hunc errorem saluti fidelium providere satagens, matura plurium doctorum tam divini quam humani iuris deliberatione prehabita declarat decernit et diffinit. Quod licet Christus post cenam instituerit et suis apostolis ministraverit sub utraque specie panis et vini hoc venerabile sacramentum. Tamen hoc non obstante Sacrorum Canonum auctoritas laudabilis et approbata consuetudo ecclesie servavit et servat quod huiusmodi sacramentum non debet confici post cenam neque a fidelibus recipi non ieiunis nisi in casu infirmitatis vel alterius necessitatis a iure vel ab Ecclesia concesso vel admisso. Et sicut hec consuetudo ad evitandum aliqua pericula et scandala est rationabiliter introducta. Et licet in primitiva Ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, postea fuit decretum ut a conficientibus sub utraque specie et a laicis tantummodo sub specie panis susciperetur. Cum firmissime credendum sit et nullatenus dubitandum integrum corpus Christi et sanguinem tam sub specie panis quam sub specie vini veraciter contineri. Unde quod huiusmodi consuetudo ab Ecclesia et sanctis patribus rationabiliter introducta et diutissime observata sit habenda pro lege quam non licet reprobare, aut sine ecclesie auctoritate pro libito immutare. Quapropter quod hanc consuetudinem aut legem observare sit sacrilegum et illicitum censeri debet erroneum et pertinaciter asserentes oppositum premissorum tanquam heretici arcendi sunt et graviter puniendi per diocesanos locorum seu officiales eorum aut Inquisitores heretice pravitatis in regnis seu provinciis in quibus contra hoc decretum aliquid forsan fuit attemptatum aut presumptum iuxta Canonicas et legitimas sanctiones in favorem catholice fidei contra hereticos et eorum fautores salubriter adinventas. Datum Constantie die vi mensis Julii Anno domini Millesimo cccc° quintodecimo

De Constitutionibus

Statuimus ut presens libellus noster Constitutionum provincialium in singulis Ecclesiis Cathedralibus sub sigillo nostro, ac deinde in aliis Ecclesiis Collegiatis infra tempus sex mensium a publicatione

Pnicium computandos sub Sigillis ordinariorum sine excusatione qua
libet habeatur, conscriptus in choro vel in alio loco competenti
lateat sic ut possit patere cuilibet legere seu videre accessus Quicun
que autem Constitutiones nostras presentes de locis predictis auferre vel
asportare seu aliquid in eis delere addere radere vel mutare pre
sumpserit propria temeritate et de hoc constare poterat ultra
divinam indignationem quam incurrant tanquam falsarii per lo
corum diocesanos puniantur

De Consuetudine

Ecclesia Gneznensis ex antiqua et racionabili consuetudine obtinuisse
dinoscitur quod causas ad eam per appellationem delatas Subditis
Suffraganeorum suorum committere valeat et compellere Iurisdictionem
huiusmodi suscipere de tractatus que ex his causis noscitur introducta Nos
ut vitetur circuitus cum pro dolore Metropolitanus eos ad id possit
compellere Secundo ut propter locorum distanciam parcatur partium labori
bus et expensis Quia si non reciperent delegationem huiusmodi cogerentur
partes cum dispendio apud Sedem Metropolitanam litigare huius sacri
approbatione Concilii Statuimus antiquam consuetudinem declarantes ut Se
des Gneznensis causas huiusmodi Subditis Suffraganeorum suorum va
leat delegare et animadvertere in rebelles
Huic Statuto adicimus et observatum de consuetudine declaramus ex
causis premissis Idem in citationibus et aliis processibus causarum
huiusmodi apud Sedem ipsam in antea ventilande ac omnia deter
minus et percipimus observandum
Consuetudines que gravamen Ecclesiis inducere dinoscuntur invali
das decernimus locorum Ordinariis, ut in omnem eventum eis
resistant firmiter ~~inmergentes~~ insurgentes
Illam autem consuetudinem in qua ille qui in foro publico vel ali
bi coram multis aliquod perpetravit delictum et tamen admitti ad
innuendum contra publicam veritatem quia delictum illud non fecit peni
tus reprobamus Sed testes idonei admittantur potius contra ipsum
per quos possit affirmata veritas legitime comprobari

De electione

Cum in Ecclesiis prelatorum seu canonicorum electio vel bonorum
alienatio seu obligatio aut alia ardua negocia Ecclesie imminet
facienda ad talia et absentes Canonici sunt vocandi alioquin
ipsis instantibus per Superiorem cassabitur, quod in eorum absentia
per presentes fuerit attemptatum Nisi consuetudo habeat eos
ad talia non vocari vel absentes sunt extra provin
ciam constituti

Excommunicamus omnes in quacunque dignitate personatu vel officio constitutos necnon seculares et regulares Canonicos ac Monachos qui in electionibus aut alijs suarum Ecclesiarum seu Monasteriorum negotijs prosequendis conspirationes coniurationes seu alias colligationes illicitas quascunque fecerint eis districtius iniungentes ut ipsi utilitatem et profectum ecclesiarum et Monasteriorum suorum solum deum habentes pre oculis recta conscientia et mente libera satagant procurare

Item Statuimus quod practica et forma generalis electionis in suprascripte in omnibus et per omnia obseruetur quam auctoritate huius sacri Concilij innouamus

Sciendum est quod volentibus Ecclesias vacantes ordinare quod altero de tribus modis ipsis vacantibus prouidetur aut enim ordinatur vacans ecclesia per compromissionem aut per electionem aut per postulationem solennem. prouisio pertinet ad superiorem in qua non est forma Concilij Electio autem et postulatio ad inferiores in quibus forma Concilij generalis necessario est seruanda. fforma autem ipsius concilij triplex est scilicet forma scrutinij compromissi et inspirationis vel secundum alteram istarum quicunque vult eligere vel solenniter postulare in Ecclesijs Cathedralibus Regularibus et Collegiatis debet de necessitate procedere. Per formam autem scrutinij proceditur modo subscripto Ecclesia autem pastoris regimine destituta Capitulum sive Canonici presentes statuent terminum ad electionem celebrandam de quo fiet publicum instrumentum in quo narrabitur quod die tali cedente vel translato aut defuncto tali prelato talis ecclesie eiusque corpore ecclesiastice tradito sepulture Capitulum sive Canonici qui tunc presentes erant convenientes talem terminum cum continuatione sequentium dierum ad electionem celebrandam unanimiter statuerunt Qui terminus erit competens quod infra illud absentes qui vocandi sunt citati commode venire possunt consideratis locorum distantijs et personarum et temporis qualitate Non tamen nimis longum, quia in electione mora est periculosa Et si vocandus sciatur ubi personaliter resideat, personaliter est vocandus Si vero nesciatur vocetur in loco ubi morari consueuit per edictum publicum Vocatio autem fiat sub hac forma. N. prepositus et Capitulum Strigonien Ecclesie tali Canonico Strigonien Collate morante Salutem in domino. Discretioni vestre significamus quod bone memorie N. quondam archiepiscopus noster die tali fuit viam universe carnis ingressus et corpus eius cum reverentia debita ecclesiastice traditum sepulture Ne igitur Ecclesia

Nostra pp̄ter diutinā vacatione grauie patiatur in spualib₃
et tpalibus lesione diez talez cū cōtinuacōe dierū sequencium
ad tractand₃ de electōn futi pontᵉ et ad Electōm celebra
dum duxim₉ statuend₃ Quocirca vos requirim₉ et pemptore
citam₉, quatin₉ nobiscū ipā die cōuenire curetis Alioquin
nos extūc ad eand₃ pcede curabi₉ vri absen nō obstan Et
si forte iusto impedimēto detenti nequiueritis venire. et velitis
alcui de Canoīcis cōmittere vices vras ad nos virz spalez
litum et idoneū nunciū trāsmittatis, qui iuxta statū Conci
lii gnālis de ipō impedito faciet plenā fidez Dat ꝛc Hec aut
lre erunt apte et de presentacōn ipaꝛ fiat pt publicū Instrm̄
Ne possit maliciose negari citato ꝑut a q̄i iam fecerūt De
bent aut cōuenire in Ecclia vel in Capitlo si pnt vel in
alio loco idoneo si ibi cōmode conuenire nō possūt Sed vbi
ex causa solitus locus mutatur Et locus et causa in Citacōe
inseruitur Omnibus aut in loco Statuto sic cōuenientib₃ dili
genter deliberent an p viam scrutinii aut per viā compromissi
procede velint Si ergo viam scrutinii eligant, de electione
huiusmodi fiat publicū Instrm̄ in quo contineat qualiter diligeti
deliberacōn habita placuit omnibus et singulis, et concorditer
omēs consenserunt p viā scrutinii procede quo facto sic pcē
dant Eligant eni ex ipō Collegio et nō aliunde tres fidedignos
vel plures vl paucores, licet sit melius q̄ tres tm̄ iuxta Co
ciliū gnāle de qua etiā electōe fiat publicū Instrm̄ quib₃ det
ptās per illud publicū Instrm̄ vel scripturaz alias autenticā exa
minandi vota sua et aliorū nullo obmisso secreto, et sigilla
tim in scriptis ea redigendi, et redacta mox in cōmū publicā
di ut sciantur qui in quem consenserint Et meriti ad meritum
et zeli ad zelū et nūi ad numerum collatione faciendi, et colla
cōne per eos habita diligenti, electionē faciendi et eum eligendi
in que inuenerint omēs vel maiorē et saniorem partez Ca
pituli consensisse Ita q̄ vnus eorū scrutatorum de consensu
et volūtate aliorū duorū vice sua et Collegarū et alio
rum om̄i qui in eius consenserunt electōm cōmuniter in scri
ptis et solempniter celebret et alia faciet prout compromit
tentibus placuit, Hunc aut Instro super ptāte tradita cō
fecto om̄s sic se subscribant Ego talis pdictis interfui et cō
sensi et pdictaz ptātez eis contuli et ꝑꝛea Sigilla omniū
et etiā Capituli apponantur. Hoc facto isti tres trahunt se ad

parte Et pō scrutabunt voces eorū Ita q duo scrutent ter
tiū p̄hea seriatim et singulariter vocabut quēlz de Capitulo
solū per se et p̄mo illud qui h̄z in electoe p̄mā voce de con
suetudine, et dicent secreto et exēplo Danielis ffrat in electoe
p̄nti h̄eas deū pre oculis tuis nuc tractar ca Non te decipi
at fauor odiū vel amor nō peccuia q̄e h̄umanos solet p̄uer
tere sensus nō lucro tuo prospicias sed vti voluntate commu
ni Ideo adiuramq te per deū viuū et in v̄tute spusſancti
et sub periclo aīe tue q consentias in eū et eū nomines quē
ex voto credis vtiliore et meliore Ecclie et per quē Iura Ec
clesie p̄nt melius defensari, Et tūc ille dicat Et ego credo P.
meliore et vtiliore et in eū consentio et eū nomino eligendū
in Episcopū et pastore Et tam interogaco et adiuraco q̄m r̄nsio
redigantur in scriptis, et h̄c p Tabellione Cleicū vel si nō possit
haberi Tabellio, ex eis duo hoc scribant completo scrutinio
ipi Scrutatoes mox id est nullo actu contrario intermedio re
dibut ad Capitulū et ipi vel vnus eorū de aliorū madato
in Comuni vota singulorū publicabut et p̄nte Capitlo di
cent Nos examinauimq vota nrā et singloꝝ secreto et singil
latim placet vobis q ea publicemꝰ Et illi dicent. placet
. et publicabut sic id est pub̄ce legent et qd secrete actū ē
ab omnibus sciat Publicacoē autē facta Collaco nūi ad num
zeli ad zelū et meīti ad meritū. fiet p ipos scrutatoes sic
Si vota Canonicorū diuisa fuerint in plues surgent in me
dio Capituli, et publicatis votis incipiet a capite et legent
sic A. B. et C consenserut in P. Item ex alia parte leget
D E et ff consenserut in M Et sic publicabut dicētes Nos
inuenimus maiorē nūm consensisse in P. Nam cū sint in vni
verso Quadraginta Canoici viginti q̄nq consensert in ipm
P. et q̄ndecim in M Item inuenimꝰ melioē zelū ex parte
eligenciū P. q̄m ex parte eligenciū M Nam illi elegerunt
bonū et vtilem virum Istis autē caro et sanguis reuelauit
suū consanguineū eligendi Item inuenimus P et maioīs ēē
meīti quia literatior prouidentior honestior sanctior melior
et potencior ad Iura Ecclie conseruanda q̄m M Vbi autē
solus vnq est in scrutinio nominatq nō h̄z locū collatio nūi
ad num vel meīti ad meītū vel zeli ad zelū ffiet tam tūc

32

Collatio talis per eum qui maior est vel per scrutatores utrum scilicet nominatus sit de legitimo matrimonio natus competentis scientie sufficientis etatis et in sacris ordinibus constitutus. Et si ista concurrunt procedatur ad electionem Et duo ex scrutatoribus quibus data est a capitulo potestas eligendi tribuant potestatem in tertio electionem pronunciandi et publicandi nomine suo et omnium consentientium quod unus debet eligere et in continenti electio et pronunciatio fiet primo in Capitulo in hac forma. In nomine patris et filii et spiritussancti amen Anno mense et die talibus Ego talis unus de Scrutatoribus a tali nostro Capitulo nominatus et electus ad faciendum scrutinium et electionem futuri pontificis secundum formam superius pretaxatam ipsam servata in omnibus de voluntate consensu et mandato Collegarum meorum ac ex potestate mihi et ipsis tradita invocata spiritussancti gratia ad honorem dei et gloriosissime matris eius et talis sancti nostri prom et omnium sanctorum. p. in quem collatio facta est reperimus omnes vel maiorem et saniorem partem nostri Capituli in Scrutinio consensisse in nostrum et Ecclesie nostre Episcopum eligo et pastorem eandem quam electionem in hiis scriptis pronuntio. Post hec pulsetur Campane et populus congregetur et populo congregato per alterum ex electoribus ad hoc per Capitulum deputatum publicetur electio in genere id est coram Clero et populo et cantetur Te deum laudamus solenniter, et electus si presens est deportetur ante altare et introinsetur Fforma autem publicationis huiusmodi erit. Recitetur totus processus sicut iam in forma pronuntiationis dictum est Et ultimo sic adiiciet Quam electionem vobis denuncio et in presentia omnium dico solenniter publicandam. Igitur celebrata et publicata electione decretum electionis fiat sic Sanctissimo et beatissimo patri et domino suo domino C divina prudentia Sacrosanctie Romane ac universalis Ecclesie summo pontifici. P. prepositus et Capitulum Ecclesie Ratispon eius humiles fideles ac devoti filii pedum oscula beatorum Sacris Canonibus novimus esse cautum quod ultra tres meses vacare non debeant ecclesie Cathedrales Ne propter defectum pastoris diutinum gregem lupus rapax invadat, ac viduata ecclesia in suis facultatibus grave dispendium patiatur Ea propter bone memorie W archiepiscopo nostro Anno mense et die talibus sicut deo placuit viam universe carnis ingresso ipsius corpore ut moris est cum reverentia Ecclesiastice tradito sepulture Nos tales qui tunc presentes eramus convenientes in unum ad electionem futuri pontificis Canonice celebrandam talem terminum cum continuatione dierum sequentium

duximus statuendum Citatis igitur in terminum et tunc presentibus omnibus qui electionem celebrande debuerunt et voluerunt et potuerunt comode interesse in Ecclesia Nos recepimus de electione futuri pontificis tractaturi Sane post diversos tractatus inter nos habitos et nominationes diversarum personarum simplices ac discussiones et inquisitiones multiplices Tandem placuit nobis universis et singulis per viam Scrutinii nostre Ecclesie providere, et eligentes tres scilicet B C et D de nostro Collegio fidedignos dedimus eis plenariam potestatem ut secrete et sigillatim vota cunctorum. primo tamen sua et postea nostra diligenter inquirerent et ea in scriptis redigerent, et in scriptis redacta mox in communi eadem publicarent et tam numeri ad numerum et zeli ad zelum quam meriti ad meritum per eos collatione habita diligenti illum eligerent in quem invenirent omnes vel maiorem et saniorem partem nostri collegii consensisse Ita quod unus de consensu et voluntate aliorum duorum scrutatorum vice sua et Collegarum et aliorum omnium electionem eandem pronunciaret in scriptis et solempniter celebraret Qui secedentes in partem, primo vota sua, ita quod duo scrutabuntur tercium Secundo tres simul vota omnium aliorum sic nobis postea retulerunt secrete et sigillatim diligenter inquisiverunt et in scriptis redacta mox in communi publicarunt, et in nostra presentia per eosdem secundum formam eis datam tam numeri ad numerum et zeli ad zelum quam meriti ad meritum collatione habita diligenti talis unus ex scrutatoribus antedicte de voluntate consensu et mandato aliorum talium in quem repertum fuit omnes vel maiorem partem et saniorem nostri Collegii seu Capituli in Scrutinio consensisse vice sua et Collegarum omnium aliorum in hiis consencientium invocata spiritus sancti gratia in nostrum et Ecclesie nostre elegit Episcopum et pastorem virum utique plene et mature etatis utpote qui tricesimum annum sue etatis exegit de legitimo matrimonio procreatum et in sacris ordinibus constitutum vita et moribus et litterarum sciencia comendandum et in spiritualibus et temporalibus circumspectum, et electionem pronunciavit in scriptis et publicavit hoc modo In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen Anno mense et die talibus Ego talis unus de Scrutatoribus a dicto nostro Capitulo nominatus et electus ad faciendum scrutinium de electione futuri Pontificis secundum formam superius pretaxatam ipsa servata in omnibus de voluntate et consensu et mandato Collegarum meorum et omnium in hiis

Consentiencium et ex ptate metpi et ipis tradita Invoca
ta spussti gra ad honoē dei et gloiosisse virginis mris
ous et talis sctj in cuius honoē Ecclia nra est consecra
ta Domini · P · in quē collacoē facta reperimus omes uel ma
iore et saniorem parte Capituli nri seu Collegii quorum
subscptoē infia continet in scrutinio consensisse in nrm
et Ecclie nre Epm eligo et pastore Eandem qz electom
in scptis pnuncio Dictaz vo electom sic Canoice et solempnit
celebratam et publicatam in qm omes recepimus et approbavimus
Te laudamus deum more solito cum cordis iubilo decantando
Idem vo electus ibi tali die electoe huiusmodi pntata, licet
ex humilite se insufficientez et indignum asseres se simplir
excusaret Nobis aut vehement instatiby timens divinis
dispositoniby contraire Invocato divine pietatis auxilio
tali die dicte electom consensit nos taz tamde cum devote
Electom ipam onus qz impositum ut prodesse valeat su
scipies et acceptans, vre igit btitudini duximus unanimit
supplicandum ut electom pdictaz sic Canoice et solempnit ce
lebratam dignemini confirmare et Electo nro consecraconis mu
nus imparti favorabilit Quat nos velut pastor ido
neus et toti pvincie valeat pesse utilit et prodesse Nos qz
et alii sibi commissi sub eius sacro regimine possimus cora
deo salubrit militare Ad huiusmodi aut confirmatom nomine
nro a vra Sctitute petendam tales et tales viros Canoicos
et Collectores Instructoes et procuratores ordinavimus et
constituimus et ppt hc eos ad v · s · pedes duximus destina
dos, dantes eis plenam et libam ptatez petendi confirma
com et si nece fuit pposom et iurandi in aias nras si
visum fuerit expedire Promittetes nos ratum gratum et fir
mum ppetuo habituros, quidquid per eos in pdictis vel ali
quo pdictorum extitit procuratum Ut aut om intom vota in
pdictis ombus et singulis in hac electoe et peticom concordas
se nostate S. v. hoc canonicum decretum mittimus robora
tum ppiis manibus et subscptum Ego talis pptus Strigon
Ecclie supradictis omby et singulis consensi et consencio et
manu ppa signo et subscribo Ego tlis vice talis scbe nesciete

de mandata suo subscribo Notarius aut in fine dicet Acte
sunt tali anno mense die et loco talibus

Per viam Compromissi proceditur modo subscripto Canonici vacantis
Eccl'ie statuant t'mi ad electionem celebrandam Interim vocatis om-
nibus absentibus et in t'mino querrientibus qui debent volunt et possunt
commode interesse maior de Capitulo vel alius cui Capitulum
hoc committit queat a singulis si placeat eis per viam procedere compromis-
si Singulorum autem consensu requisito et habito tractetur de persona
cui committatur Deinde singulorum votis sup' hoc requisitis et vna
persona cui committatur Convenientibus vnus de mandato Capituli
dicet Ego vice Capituli et mandato committo seu do A. si est
vnus vel A B C Si in plures compromittatur ptatem providendi
Eccl'ie nostre de pastore illi in quos compromittitur Si plures sunt quia
possunt esse duo vel tres quinque et septem trahant se ad partem et simul
deliberent ptate recepta et conferant de persona eligenda Et si con-
cordaverit redeant ad Capitulum et forma eis a Capitulo tradi-
ta in omnibus et observata vnus eorum electionem pronunciet et publi-
cet sub hac forma In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen Anno
mense et die talibus Ego talis de voluntate et consensu Collega-
rum meorum in quos vnanimiter compromissum fuit a Capitulo
nostro et in quos ptatem providendi Eccl'ie transtulerunt vice mea et
ipsorum aliorum omnium in electionem huius consentium et hic presentium ex ptate
et auctoritate supradictis michi et aliis meis Collegis concessis Invo-
cata spiritus sancti gratia in quem Nos A B C compromissarii supradicti
sumus convenimus in nostrum et Eccl'ie nostre Ep'm eligo et pastorem
et de ipso provideo dicte Eccl'ie in pastorem et ipsam Electionem et pro-
visionem in scriptis et solempniter publico in nomine / hec forma servan-
da est quando compromissarii sunt de Collegio prout dicit Concilium
Si vero erunt extra Collegium tunc sufficit dicere Ego talis vnus
de Compromissariis supradictis de consensu et voluntate ipsorum vice to-
cius Capituli P in quem omnes convenimus eligo sive provideo illis
Eccl'ie Ep'm et pastorem et hoc quando totum Capitulum concordat
Nam vno contradicente non potest per viam compromissi procedi Post-
modum vero coram Clero et populo publicet electionem sive provisionem
et postea fiet decretum ipsius electionis sive provisionis hoc modo
Almo et Reverendissimo patri et domino suo domino et divina providentia sa-
crosancte Romane ac vniversalis Eccl'ie Summo pontifici N. P.
prepositus et Capitulum Eccl'ie Strigoniensis eius humiles filii et devoti pedum

osculа beatorum. Cum propter vacationem diutinam ecclesie pastorum sola-
tio destitute in spiritualibus et temporalibus dispendia patiantur, Con-
ditores canonum deliberatione provida statuerunt ut ultra menses tres
vacare non debeant ecclesie cathedrales. Defuncto igitur bone me-
morie P. archiepiscopo nostro anno mense et die talibus sicut deo pla-
cuit, ipsiusque corpore cum reverentia tradito ecclesiastice sepulture, Nos
tales canonici Strigonienses ecclesie qui tunc presentes eramus convenientes in
unum pro electione futuri pontificis celebranda talem terminum cum continua-
tione dierum sequentium duximus statuendum. Citatis igitur interim et tunc pre-
sentibus omnibus qui electionem celebrare debuerunt voluerunt et po-
tuerunt commode interesse. In capitulo nostro recepimus de electione futuri
pontificis tractatum. Et post diversos tractatus inter nos habitos tandem
placuit omnibus et singulis per viam compromissi nostre viduate
ecclesie providere. Considerantes in unum difficiliter multitudinem convenire
et sepe in paucos spem sanioris consilii residere dedimus plenam et li-
beram omnes et singuli unanimiter potestatem A. B. C. de nostro Colle-
gio ut idem vel maior pars ipsorum vice sua et nostra per electionem
canonicam vel postulationem concordem ecclesie nostre supradicte vacanti
deum et bonum statum ipsius ecclesie habentes pre oculis, de persona idonea
providerent omnem potestatem ac vices nostras eis super hoc committentes ita quod
unus ipsorum de consensu aliorum compromissariorum vel maioris partis
ipsorum vice sua et collegarum et nostra illum in quem omnes ipsi vel
maior pars ipsorum convenirent eligeret et electionem in presentia nostra sole-
mniter publicaret. Qui recedentes in partem et spiritus sancti clementiam
invocantes devote post tractatus varios et diversos de diversis personis
inter se habitos ut nobis postea retulerunt tandem in magistrum P. Stri-
gonien. prepositum in sacerdotali ordine constitutum ac unanimiter convenerunt
virum utique plene et mature etatis utpote qui tricesimum annum
etatis sue exegit et de legitimo matrimonio procreatum vita et mo-
ribus et litterarum scientia multum commendandum in spiritualibus et temporali-
habente extunc a percepcione fructuum beneficii suspendatur fabrice eiusdem ecclesie
applicandorum quod si statim iam suspensus per alios sex menses non redierit
ipsofacto sit priuatus extunc patronis liberam presentandi alios habeant facultatem

De institucionibus

Nos sacro approbante concilio decernimus quod capitulum vltimum de
elect. li. vi. de Credit. ante institucionem et c. tua inhibicio de
cland: despon: de bannis ante copulam premittendis ad vnguem obseruentur.
Presentis constitucionis auctoritate sacro approbante concilio inhibemus
ne quis Archiepiscoporum Episcoporum dignitatem aliquam inferiorem personatum / pro
theuale etiam cum cura vel sine cura beneficium aliquod ecclesiasticum seu aliquorum predictorum
administracionem vel detencionem de manu laicali recipere vel iam recepta tenere sub
quouis colore presumat / si quis autem contrafecerit ad sic receptum beneficium
eo ipso et in locum quem sub tunc tali inobediencie tantum quam ambiciosus taliter
iam receperit, vel in futurum receperit resipiscendo deseruierit liberaliter infra
duorum mensium spacium a publicacione institucionis presentis quo ad iam recepta / a
recepcionis vero tempore quo ad ea que deinceps contingent sic recipi numerandum ad
quelibet alia inhabilis ipsofacto reddatur Ita ut ad dignitatem vel beneficium aliquod ecclesiasticum
nullo vnquam tempore absque dispensacione sedis apostolice vel nostra aut successorum
nostrorum eligi valeat vel assumi Insuper ut quicunque contrafecerit pro dicta censura
stat in quauis dignitate personatu vel beneficium aliquod cum cura vel sine cura sic
recipientes vel detinentes ut premittitur non dimittentes canonice forsan obtineat
ea vel eo sit presentis institucionis vigore ipsofacto priuatus Indignum vero censemus
fore ut ecclesie beneficio gaudeat qui eam tam nephandis ausibus despectui
habuerint Iniungimus quoque in virtute sancte obediencie ac sub excommunicacionis pena per
piendo mandamus omnibus et singulis tam clericis quam laicis rusticis Iobagioni
bus vasallis Castellanis Comitibus et officialibus aliis quoque quocunque nomine
subieccioni astrictis dignitati personatui vel beneficio tali occupatis quo occupatori
vel detentori predicto in nullo pareat vel intendat Quam vero tamen consenserit
sic remuneratus fuerit intendenti / si autem singularis premissa excommunicacionis sine se nouerit sententiam
Statuimus quod premissa ecclesiastica quicunque regulans aut secularis in dignitate personatu
officio seu ecclesiastico beneficio quocunque non instituatur vel ad id confirmetur nisi
aucta de obediencia et reuerencia suis superioribus impendenda et mandato ipsorum
exequendo et non alienabit bona beneficii et illicite alienata ab ipso prosse
ad ius et proprietatem reuocabit corporale prestitit iuramentum

De sede vacante

Cum nonnunquam contingit quod ad vacantem episcopatum vel aliam platinam
seu quamcunque aliud beneficium in discordia duo eliguntur et alter qui minorem
iuris petitur, nititur ut eum cum maius et adiutorium per potentiam vel tedium fatigare
et compescere possit, attrahit fauorem potentum laicorum quos ut eum iuuant
et assistant promissiones facit de beneficiis ipsorum filiis conferendis et de muneribus
et libertatibus ecclesie remittendis, nos huic morbo occurrere volentes remedio sa
lutari presenti statuto huiusmodi promissiones et potentum attractores ipsorumque laicos
ipso iure volumus sententia excommunicacionis innodatos et inhonorum eum fore ineligibilem ad
huiusmodi dignitatem

Quicumque defuncto Epo vel abbate aut beneficiato curato vel non curato ac religiosis cum iure non competit confirmare seu ab iure relicta ab eo aut sede vacante bona ecclesie occupaverit ipso facto quam nunc contra eum ferimus sententiam excommunicationis incurrat

Cum bona decedentium clericorum in usus ecclesie seu ecclesiarum quarum fuerunt ipsi clerici commissi vel futuris successoribus de iure cedant reservari decernimus statuendo quod quicumque princeps clericus aut laicus seu quivis alius res seu bona rectorum ecclesiarum seu quorumlibet clericorum vivorum aut decedentium occupare rapere vel in usus suos convertere presumat quamvis aut id certa cupiditate vel ex aliis causis fuerit perpetrasse excommunicationis vinculo se noverit innodatum

De rebus ecclesie non alienandis

Indempnitatibus ecclesiarum providere volentes statuimus ut cathedralibus collegiatis parrochialibus ecclesiis prelaturarum prebendarum et ceterorum officiorum et ministeriorum ac bonorum ecclesie omnium reddituum et proventuum in quibus villis ex nomine et in quibuscumque rebus seu decimis consistant et quod ad singulas dignitates officium prebendam seu dispensationem pertineat sub sigillo maioris prelati et eciam capituli habeatur in sacristia ecclesie fideliter conscripto ut saltem novus prelatus canonicus vel minister per huiusmodi scripturas de suis iuribus et proventibus informatus valeat per suum predecessorem deperdita vel neglecta restaurare, simul libri ornatus et cetera clenodia et ornamenta ecclesie regestrentur, et saltem de anno in annum revideantur per seniores de capitulo ut appareat si qua per improvidenciam ministrorum fuerint distracta vel eorum diligencia adquisita

Prohibemus insuper ne inferiores prelati absque archiepiscopi et episcoporum in quorum diocesi consistunt, nec episcopi absque archiepiscopo, nec archiepiscopi absque sedis apostolice licencia speciali, nec administratores bonorum ecclesiarum vacancium vel alia ex causa legittima superioris officio deputati sine consensu maioris vel sanioris partis tales abbati de bonis immobilibus vel rebus preciosis mobilibus aut eciam iuribus ad monasteria sive ecclesias suas spectantibus nisi in casibus a iure permissis alienare donare vendere obligare perpetuum vel emphiteoticum contractum facere presumant quod si contrafecerint pro irrito habeantur et alienantes si inferiores prelati sint a suorum ordinum archiepiscopi et episcopi a pontificali ordinum officio execucione ipso sint suspensi quam suspensionem superiores alienacionum alienatarum prius ad ius et proprietatem monasteriorum et ecclesiarum revocatis vel alias indempnitati ipsorum monasteriorum et ecclesiarum proviso valeant relaxare

Item de rebus ecclesie et ornatu nulli private persone ad obligandum aliqua concedantur, et si aliquibus sint concessa illa infra mensem reddi mine et ecclesie restituere compellantur

Item statuimus ut procuratores anni in quo sunt speciales redditus fabrice et ea que pro fabrica obveniunt donantur et leguntur uni vel duabus personis fidedignis in singulis ecclesiis committantur qui eos ad opus ecclesie convertant utiliter et singulis annis de receptis et expensis et eciam faciant capitulo et plebanis reddant racionem

De emptione et venditione

Statuimus quod si quis emerit animalia vel alias res predatas eum in predonis iure succedat ad restitutionem earundem per censuram ecclesiasticam compellatur

Emtor vero aut venditor qui alterum decipit in litimo pondere vel men
sura aut si quis sciens ignorantis rem vendiderit vitiosam penitenciam non sit
donec satisfaciet taliter dampnum passo
Experientia certa didicimus quod ex pluralitate sculteciarum frequenter contingunt bona
ecclesie destitui Statuimus ut de bonis ecclesie quibuscunque unus sculteciam duntaxat
xat qui bono regere valeat habeat Si autem scultetus plures filios habuerint
eo decedente potior filius ad regendam sculteciam eligatur qui fratribus iux
taxam sculteciae de certa pecunie quantitate secundum quod quemque pro pecunie contin
get solvere in certo dierum termino per dominum ville statuto sit astrictus alias si in
solvendo non sit seu fuerit alteri cuncto de consensu tamen domini omnis fratres eti
eandem sculteciam infra spacium unius anni vendere inexcusabiliter teneantur
Licet contra temeritatem huiusmodi audaciam legaliter sit provisum ut regulis
divine ac humane legis contenta ad credendum novas formas minime deberet
ret non cessat tamen humana cupiditas fabricare continue commenta fraudum
quibus persone invenerint aliquam fallit hinc est quod licet redemptio non sit legi
divine vel humane contraria ita ipsam tamen calliditate usurarum multipliciter obtectam
Quocirca volentes subditos nostre provincie de solido ne vacillent circa astutias
contractus huiusmodi reponere declaramus quod redemptionis contractus censi erat licitus dum
et quando sit in emptione ita in redemptione empte rei pretium adequatum vel
modicum plus ascendit dummodo census constitutus sit in re fructifera ut puta
domo agro villa silva lacu et silvis et piscis subiaceat emptoris
potestas quod redimendi remaneat libera apud primum venditorem et non
emptorem modicitate autem iam ne locus fraudibus pateat relinquimus ar
bitrio episcopi ordinarii vel ipsius vicarii moderandam

De pignoribus

Veritas ore proprio divine vocis emisso dicitur mutuum date nil inde spe
rante volens vitas patentem ostendere quod mutuum ex propria natura sit contentum
in extenuatione substantie proximi nil ipsius dispendium non procedat contra quod pluri
mi faciunt contra qui mutuum locupletari contendunt cum alterius detrimento
dum obligationes super certa quantitate pecunie in villis pratis silvis piscinis
nemoribus domibus vel aliis rebus recipiunt de quibus contractus sortem
aut capitalem pecuniam et quandoque plus ex mutuo datam levaverint et
perceperint in pecuniis vel fructibus nihilominus porro requirunt pecunie quantitate
unde nos attendentes quod ultra sortem recipere ex mutuo manifesta conti
neat usurariam pravitatem omnes et singulos tam spirituales quam seculares
cuiuscunque status gradus conditionis aut preeminentie existant esse usurarios qui
tali proposito mutuant pecunias quod aliquid recipiant ultra sortem et ma
xime si cum effectu recipiat declaramus
Ad omnem dubitationis seu questionis amputandam materiam statuimus ut si quis
predium suum cui ius attinet patronatus cuiquam impignoraverit indistincte
ius presentandi aut ipsum obligantem remaneat ex quo si hoc non exprimat
cum tale ius spirituali annexum estimari non possit et ergo in sorte nequeat
computari tamen pro fructus rei pignorate in sortem debeat computari iuxta
canonicas et legitimas sanctiones

De testamentis et ultimis voluntatibus

Clericus de prouentibus anni gratie vel alias de rebus ecclesie adquisitis con
cubine sue vel filijs ex fornicatione genitis quicquam penitus non relinquat
quod si fecerit legatum non teneat, et quod taliter est relictum ecclesie applicetur.
Cum tam de consuetudine quam priuilegio similiter ecclesiarum ac etiam ex
statutis earundem persone ecclesiarum cathedralium et non cathedralium de bonis ex fructibus
beneficiorum suorum aggregatis pro ipsorum arbitrio et extrema voluntate sua
facere consueuerunt testamenta Nos sacro hoc concilio approbante huiusmodi
consuetudinem salutarem ad totam nostram prouinciam ampliantes, statuimus quod
deinceps clericis cathedralium et non cathedralium testandi libera sit facultas ita quod ad ipsorum
testamenta duos sacerdotes si fieri poterit conuocent, aut alios probos viros per
quos possit de ipsorum constare voluntate. Et si executoribus minime deputatis
aut quod absit intestati decesserint, per prelatos ipsorum vel quibus hoc specialiter commi
serint et quibus ipsi mediate subsunt, prodita testata iuxta voluntatem testatoris di
spensentur. ab intestato vero relicta primum solutis debitis per defunctum contractis
et familia que eidem dum viueret seruiebat, et exequijs pro anima defuncti
expeditis, vna pars pro fabrica dicte ecclesie cui defunctus preerat, secunda pars pro anima
aut anniuersario defuncti deputetur. Residuum vero proximi successoris fideliter conseruetur.
Et si prelatus qui premissa delicta distribuere debuit, vel sub eius testimonio distribuenda
fuerat vel successor in beneficio aliquis autem cupide aliquid de premissis testatis
aut ab intestato relictis vsurpare directe vel indirecte presumpserit duplum in illos
vsus in quos conuertenda fuerant de suis proprijs ad prefatos vsus conuertat et
nichilominus si successor fuit et premissa violauit ex tunc parte ipsius contingen
te ipso facto sit priuatus et fabrice dicte ecclesie applicetur.
Preterea statuta laicorum que habent quod nequis vltra certam summam clericis vel ecclesiis
donare seu legare audeat in vltima voluntate irrita iudicamus cum immunitatem
contineat et testandi priuat libertatem, Contradictores vero huiusmodi statutorum ac
eisdem vtentes Canonica arceant disciplina. Inuigilet insuper ordinarius
circa executores testamentorum et vltimarum voluntatum, et contra illos qui eas
impediunt quouismodo, vt ipse voluntates extune infra tempus testatorum arbitrio
limitatum effectum mancipent. Vel si testatores executores tempus non prefixit ipsam
executionem vltra vnius anni spacium nullatenus protrahent. Executores etiam vltimarum
voluntatum de bonis defuncti se nullatenus intromittant donec de eisdem inuenta
rium fecerint sub fide dignarum testimonio personarum.
Ad hoc quod quedam in quibusdam partibus consuetudinem imo corruptela detesta
bilis obseruatur, videlicet quod tam laicus quam clericus in lecto egritudinis consti
tutus vltra certam summam iuxta loci illius consuetudinem limitatam nec piis locis nec
personis ecclesiasticis pro anime sue remedio et salute aliqua possit ordinare le
gata Considerantes licet vicibus iam repetitis predictam consuetudinem et sacris
Canonibus et secularibus etiam legibus obuiare cum omnia iura clamant, quod vltima
voluntas et vltimum hominis testamentum inuiolabile perseueret, et nil sit quod magis
hominibus debeatur quam in extreme voluntatis liber stilus existat, eandem consuetudinem
deo odibilem animabus et moribus hominis inimicam Auctoritate huius sacri concilij penitus
reprobamus firmiter statuentes vt vnicuique que iura a testamentorum non
prohibent factione in sanitate vel in lecto egritudinis constituto legandi dispo
nendi et ordinandi de bonis suis collatis tam pya loca quam personas
ecclesiasticas dummodo legittimos non preteriat successores libera sit facultas, volentes
et precipientes districte vt per locorum Episcopos et ceteros prelatos iurisdictionem habentes

conuicti. Clerici tam religiosi quam seculares et laici impedientes defunctorum
legata seu ultimas voluntates per excommunicationem in personas et interdicti in
loca ecclesias Sancta monitione premissa fiendas ab huiusmodi impedimentis desi-
stere compellantur ad quorum executorum et debitas assignationes predecessores tempore faciant
Episcopi et prelati ad quos testamentorum defensio utroque iure suadente dino-
scitur pertinere benivolos se exhibeant et paratos ne huiusmodi negligentia de eorum
manibus in die districti iudicii requiratur **De anno gratie**
Licet alias per bone memorie Iacobum Archiepiscopum Gneznensem predecessorem
nostrum salubriter fuit institutum, propter salutem animarum prelatorum et beneficia-
torum quorumcunque ac propter consolationem amicorum et famulorum eorundem per mortem
ipsorum desolatorum, ut cum quis de clero beneficiatus decederet fructus primi anni
pro debitis ipsius famulorum et amicorum eiusdem et aliis piis causis et executionis
per illius anni cursum faciendis per eum quo ad hoc executore eligeret aut si
intestatus decederet, per Cathedrales Collegiatas aut Conventuales ecclesiarum prelatos
Capitula quod quos per diocesanum Si vero Ruralis ecclesie Rector vel alius quicunque
Clericus decesserit per decanum sub testimonio Archidiaconi pro salute ipsius anime
committi deberent deductis proventibus unde vicarius valeat in ecclesia sustentari
Anno Domini a circumcisione eiusdem inchoando Nos attendentes huiusmodi constitutionem
per extravagantem Iohannis vicesimisecundi que sic incipit Suscepti regiminis
nobis cura solicitet esse modificatam in eo quod media pars pro debitis anima
famulorum et amicis defuncti, et media pars pro successore committatur presentis
approbatione Concilii dictam constitutionem declaramus secundum modificationem dicte
extravagantis per omnes episcopos Prelatos et Capitulos ac prochianos ecclesiarum
Rectores nostre provincie esse fuit observandam prout temporibus valuerit
De sepulturis Cum sacris Canonibus sit consonum ut quibus
vivus recepit ecclesiastica sacramenta quod ibi eciam mortuus requiescat omnibus
Christifidelibus contritis et confessis qui sepulti fuerint in suis ecclesiis prochialibus
vel Cimiteriis earum de omnipotentis misericordia et beatorum Petri et Pauli appostolorum
eius et beati Adalberti martiris, prout omnium nostrorum confisi meritis in remedium suorum
peccaminum XL dies indulgenciarum de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.
Quia ecclesiarum Cathedralium prelati et Canonici confratres in ipso et approbata
consuetudine nuncupantur et ideo ut ex confirmatione huiusmodi aliquis fructus proveniat
animabus Statuimus ut quamprimum prelatus vel Canonicus Cathedralis ecclesie obierit sup-
stites prelati et Canonici cum primo obitus defuncti ad eorum noticia pervenerit
quilibet prelatus pro anima predicti prelati Archiepiscopi vel Episcopi sex missas cum
totidem vigiliis per se vel per alium efficere teneatur Canonicus vero pro anima
predicti prelati vel Archiepiscopi vel Episcopi tres missas cum totidem vigiliis simul
per se vel per alium, pro anima vero inferioris prelati vel Canonici unam missam cum
vigiliis similiter per se vel per alium quam cito comode poterit exolvere sint et statuti
huiusmodi dicte sint astricti in quo ipsorum conscientias oneramus
Quicunque Religiosi et seculares clerici aliquem ad vovendum iurandum vel fide
interposita seu alias promittendum inducant ut sepulturam apud eorum ecclesias eligat
vel iam electam ulterius non immutet, excommunicationem ipso facto incurrunt, et cassamus
talis electio ut qui sic elegerit nec apud sic electam ecclesiam sepeliri nec
alibi poterit eligere sepulturam, nec contra votum iuramentum vel promissum huiusmodi a se

fcm mam habeat veniendi Sz cdicton qualz cessante sepeliatur
sepeliat omnino apud eaz ecclia apud qua sepeliendus de iure fuiss
vi als sepultura no electa forsitan decessiss Si vo ipi religiosi
clia pdictu d sua eccla & Cimiterio psupserint sepelire ad restituez
tam sepulti corpis q peta qm ex om ex occasioe sepulture i pvene
rint quolz ad corpis dicte dicz spaciu intgri fad obligan quia ins
fecerint Ecclia ipa apud qua sepultus fuit uni ipius Cimiteriu cotinet
corpo / et tamdiu manebut ecclias supposita interdicto donec ab eis fad
fuit restituco plenaria om pdictoz **Plebanus** Ecclie & vices
gerens p ptr licetia sm Archiepi & Epi & ipius d spnalibus vicarij
defuctu aliq parochie intra prole ecclaz sua psupserit sepelire i pen
vng marcs ad fabica Cathedral ecclie applicadam madat rposito
et inlorung p Epm subiciat penic cmuori ins is qui e sepultus
fuiss psbr pronius & pegng viator & qui comode ad sua parochiz
ecclam no pt aut ecclie no tabilis beneficiator **De perochijs**
Vniusis Sacerdotibus tam religiosis qm Secularibus cuiq alcis ordis cdicois
sive status existat in Civitate diocesi vel Provincia Gnezn degentibus
sub debito iuramto qd Epo d recepcon sacdocij psriterint sub int
minatoe Iudicij finit inhibeq Ne quis alicuius parochiam cuiq cura
p Epm & loca ordinariu seu eius vicariu sup eo alij e commissa
excepta necessitatis causa que lege no hz ad cfessioz audeat recipe
vel ad porrigend ei aliqd ecclie sacramtu nisi petita & sup et obtenta
licentia ppij sacdotis Cui iri et indubitati iuris existat licem a tali
crime solui no posse aliquatis & ligari / et de tali ordine ecclie p
maiores et scto scitos preces dnia providen institutu confuge qd per
omnes plbanos dicto dnicis put expedieit coram suis parochianis
prprius publicari Et qui con pmissa vel eorz aliqd ppia temeritate
venerit ab officio & bnficio suspeda & alt ad arbitriu sui supioris
puniatur **De decimis** Veteris testamenti serie & sacroz
Canonu sanctionibus attestatibus deus i signu vniusalis dnij sibi
decias reddi precepit suas esse decimas & pmicias asseuerans atz mo
nes & pcipies ut deferant decie i orrea sua hoc e i thezauros te
pli ut habeat sacdotes atz levite qui s ministret cibos no sibi sed
vobis sine dubio profuturos hic ty quida pricipes & Capitanei
Procuratores ac Officiales eorz et alij milites & tpales dni minime atte
den decias ecclesijs ac ministris ecclias debitas dei timore postposito oc
cupant a p suos subditos occupari madat et madari paciat et alij
ex impedimentu prant / ne Ecclia aut pcuratores eorz decias s debitas
pro sua voluntate cui maluerit vende valeat eas i suis vill locare
ac per homies suos qui ad easd dandas tenen cduci indebite prohi
bentes Cumoi go temerarijs ausibus adhibe medela qua possung cu
pientes Statuimus et phibeq ne alij pricipes qualiscumqz digte & honoris
progatia pfulgen ac Capitanei et paures & officiales eorz vel Nobiles
et quicumqz alij decimas manipulares seu pecuniales ac maldratas
seu i quibuscumqz rebus csistet decto occupet seu occupari mandet
nec libera vendicoz decimaz impediat aut eas i suis vill locari
vel p homies suos dna phibe psumat Qs p aliqui deinceps pdca & aliqd

eorum presumpserit attemptare requisiti extunc similiter incurrat imposito et in eisdem
sunt Civitates et districtus huiusmodi principum et quibus presunt Capitanei et
Officiales predicti, oppida quoque et ville nobilium seu dominorum spiritualium et temporalium et
quorumcumque aliorum si huiusmodi excessus per Collectores decime requisiti, infra unius
mensis spacium non curaverint emendare ab huiusmodi impedimentis desistendo
imposito ecclesiastico subiaceant Interdicto
Cum Ecclesiasticum Ius et precipue solucio decimarum deo debitarum quas ipse
clerus exhibendas pro suo cultu precepit diminui non debeat qualibet
malicia seu fraude excogitata, sed pocius augmentari, ne offensionem divini cultus
propter quod beneficium ecclesiasticum et decime ipse dantur, obmittatur Statuimus ut si
Nobiles seu heredes a temporalibus dominis aliquarum possessionum quorum maiores libere
ad quam volebant ecclesiam decimam solvebant et quadam abrogacione multi-
plicari contingat Ita quod vel unus eorum eam libere solvat, an omnes et sin-
guli ecclesie seu prebende cui decima in hereditatibus seu possessionibus ascripta est
ipsam solvere teneantur Ne si quis eorum eam libere solverit Ius ecclesie seu
prebende ipsius ad cultum divinum propter hoc contingeret abstrahi, Addicimus
insuper quod Nobiles seu heredes huiusmodi quibus privilegium hoc competit dent ipsi
ecclesie decimam illi videlicet in quam cadit percepcio decimarum vel de ea sine
personis applicando Et si quis postea repertus fuerit aliquid de ipsa post se recepisse
fraudulenter privilegium predictum Cum privilegium mereatur amittere qui permissa
sibi abutitur potestate Porro si contigerit quod possessio seu hereditas quam
miles tenebat decimam libere de ea solvendo in personis per hoc titulo
emptorum venditorum permutatorum donatorum seu qualitercumque aliorum dominium
perveniet persona huiusmodi decimam solvat ecclesie seu prebende cui ipsius hereditatis
seu possessionis decima est ascripta, Econtra vero, si nobilis aliquis
gaudens privilegio huiusmodi militari possessionem seu hereditatem aliquam
in qua persone inferiores reddebant decimam ecclesie seu prebende aliqui
ex debito solvendam titulorum predictorum aliqua assequantur Illuc teneantur
solvere ubi eam persone huiusmodi antecessores persolverunt cum res transire cum
suo onere dinoscantur
Item cum levitis seu ecclesiasticis personis iure divino decime debeantur
dolentes referimus Et quorundam laicorum cupiditas huiusmodi
Ius quod sibi deus in signum generalis dominii retinuit intuitur abolere
et pro sua voluntate de hiis que ad ipsos non pertinet aliter ordinare
immo pocius deordinare presumunt quasi ad iugum divinum fruicii velint
redire quod in baptismate sunt professi, huius approbacionis conciliis
districte precipimus ut iuxta laudabilem consuetudinem patrie decime
manipulares de quolibet grano in agro persolvantur Nec liceat alicui
laico nobili nec ignobili cuiuscumque dignitatis vel principatus exi-
stat consuetudine memorata propria temeritate infringere quin ipse
de propriis terris que suis sumptibus excoluntur, decimas integraliter
persolvat, nec propria voluntate immo pocius presumpcionem eas cuicumque
ecclesie vel persone conferat, sed illas absque ulla diminucione percipiat
qui de eodem loco decimas percipere consuevit ex antiquo Et si vero terras
suas aliis tradiderint excolendas, eas nec in toto nec in parte a
solucione decimarum presumat absolvere, cum non sit iustum ut ea que dei

Sunt et ministrorum ecclesie conferunt alicuius vz de omnibus partibus
aliis ipsi colonum decimas integraliter solvere non obmittat Alioquin
tam ipsos colonos quam defensores seu fautores eorum ab hac
presumpcione que furti et rapine non immerito dici possunt per dene-
gacionem ecclesiastice sepulture et subtraccionem ecclesiarum ecclesiasticorum sacrame-
torum percipiendorum cohercerent Addicientes quod sub pena excommunicacionis pro-
hibentes ne aliqui seculares vel ecclesiastice persone solucionem
decimarum in hac provincia tam laudabiliter observatam commutare
presumant in pecuniariam pensionem / ipsas tamen decimas sibi et colo-
nis redditas vendere poterint poterint prout utilitati sue et ecclesiarum
viderint expedire Et quicumque layci nobiles vel ignobiles huiusmodi
vendicionem clam vel palam impedire presumpserit quousque digne satis-
fecerit de tali commisso ingressum ecclesie sibi noverit interdictum Salvo
quod circa multiplicacionem nobilium et deposicionem kmethonum in statuto
proxime precedenti est predictum vel aliter concordia ad tricesimas
fuit ordinatum Verum sic laicos circa preceptum de decimis
persolvendis esse volumus obedientes sicut eos aggravamine ecclesiarum
personarum quod eis inferre dicuntur super dilacionem vel moram percipien-
di decimas relevare volentes presenti decreto Statuimus ut non
obstante aliqua constitucione ordinacione seu alia composicione postquam
segetes in agro collecte fuerint et tamen decime debeantur sub te-
stimonio competenti et per intervalla congrua quorum quodlibet ad minus
duos dies habeat trina fiat denunciacio et decimam suam tollat
ne propter eius dilacionem vel moram ipsi coloni in suis novem
partibus sustineat detrimentum Alioquin elapso triduo a tempore denun-
ciacionis ultimo facte novem partes libere sibi liceat ubi voluerit
collocare Nos enim omnes excommunicaciones suspensiones et interdicti quas
hac occasione fieri contingerit in colonos irritas decernimus et inanes

Cum turpis sit pars que suo non congruit universo et quidam Scul-
teti vicinis seu villanis eorum in eadem villa decimas absque con-
dicione solventibus ipsi eas minus racionabiliter solvere contendunt Statuimus
ergo quod Sculteti huiusmodi cuiuscumque status aut condicionis fuerint huiusmodi
suis vicinis seu villanis equales esse debeant in solucione decimarum

De Statu Monachorum et Canonicorum regularium

Compatmitate a monachis et monialibus contrarium districtius
inhibemus Statuentes ut si aliqua Claustra monialium ad
inopiam tantam devenerint quod ipse de proventibus monasterii sustentari
non possint et ab amicis panes vinum denarios vel aliquid huiusmodi trans-
missa ei sint nec hoc prius recipiat quam abbatisse et magistre sue id
significet ut de eius arbitrio quid ad hoc quod missum est fieri debeat

Statuatur et labores communi veniat in genere idem de monachis volumus irrefragabiliter observari

Nullus monachus in abbatem vel in aliquod officium nisi eundem professus fuerit assumatur. et si tales sunt assumpti a suis removeantur officiis et alii substituantur. idem eciam de monialibus et conversis observandum

Novicie iam adulte si post annum probationis in manus abbatis facere professionem recusaverint de monasterio expellantur. Idem et de monialibus observari

Precipimus ut abbates seu priores monachorum canonicorum regularium necnon abbatisse atque priorisse monialium tam in se ipsis quam in subditis prout ad utrosque spectat officium vitam et conversacionem regularem [illegible] habeant ac habitum deferant regularem se ipsos ac suos subditos habitus propriue que eorum professioni obviant et ordinis honestati non congruunt circa exquisitum ornatum vel notabilem excessum in vestibus tibiis et potibus equitaturis et latissimis anulis et similibus superfluitatibus seu taxillorum alearum et saltatorum ludorum et tercarum [illegible] totaliter cohibentes se iuxta disposicionem sue regule et sacrorum canonum instituta solicite providentes Et nullus monachus seu canonicus regularis vel monialis nisi racione administracionis seu officii possessiones seu reddita et aliquid quodammodo proprii habeat quinimmo quod cuilibet singulari persone ex suo labore et artificio aut parentum amicorum suorum largicione obvenerit superioris manibus offeratur ut per ipsius providenciam circumspectam emolumentis huiusmodi quorundam singularium personarum necessitates sublevent a propositas quas suas repetat et requirat ac ipsos carceris penis afficiat et voluntarie reddentes prime suscipiat salua tamen pena regulari addicientes quod mitris magnis ad modum secularium non utantur

Et quia quidam religiosorum tantummodo sue nacionis seu ydiomatis personas et non alias ad ordinem recipere hactenus consueverunt et cum id fieri non debeat excepcionem fieri habere personarum Volumus et Statuimus quod quascumque personas dummodo sint ydonee cuiuscumque nacionis ydiomatis fuerint indifferenter suscipere teneatur et ad hoc faciendum per suos ordinarios compellantur

Et quia inhonestum existit quod canonici et monachi regulares diversis vestibus vestiantur cum et hoc generat invidiam murmur et scandalum in ipsos Statuimus quod omnes monastici vel regulares canonici et sub eadem professione morantes indifferenter uno et eodem vestialo induantur prohibentes expresse ne quis eorum vestes aliquas atque coloris nisi tantummodo albi et nigri seu grisei habere presumat in quibus brunetum nigrum garzatum et alium quemcumque pannum notabilem delicatum intelligimus Insuper ut vestes non habeant brevitate vel longitudine deformatas Cum vero in predictis excesserint per suos diocesanos vel superiores alios castigentur salua distinccione vel distinccione diversorum ordinum servatus inter monachos sive canonicos et conversos

Et quia sicut audivimus et vidimus quidam monachi et canonici regulares

sicut Clica et laica seculares consweuerunt incedere in amictu suarum
pecium et scandalum plurimorum Precipimus ut Canonici regulares
sine superpelliceis vel tunicis lineis seu cappis clausis monachi vero
sine cappis seu cucullis seu scapularibus extra domos suas
decenter non incedant nec ecclesiam intrent domini Si vero contra facere presumpserint
administracionem si quam habent eam ipso facto amittat Et monachus sive Canonicus
regularis per abbatem Priorem prepositum puniatur et si negligens fuerit per
episcopum suppleatur
Statuimus ut a die quatuor Coronatorum usque ad diem natalis
domini a sagimine et a carnibus omnes monachi cuiuscunque sint ordinis
preter infirmos et debiles et delicatos cum quibus Abbates discrecione
propria poterint dispensare abstineant omnibus diebus dominicis absque quatuor
temporibus poterit tamen abbas ex causa cum aliquibus vel aliquando vel aliquo co-
medat dispensare nec comedant bis in die nisi pueri infirmi vel qui
refectorio legent a septuagesima usque ad pascha quantum ad esum
carnium et esum saginis Idem precipimus sint observare ne come-
dant extra domos suas in parochiis nisi quando procurato ab aliquibus
debetur Canonicos regulares sua regula regulari precipimus observari
Precipimus etiam quod nullus Canonicus regularis diebus lune vel mercurii
carnes in refectorio comedat nisi festum novem fuerit lectionum Silencium
autem in claustro refectorio et dormitorio sint precipimus observari horis
debitis et statutis in loco vbi ad minus duo monachi aut regulares Canonici
commorantur ita scilicet quod nullus audeat loqui nisi voce adeo submissa
quod tercius audire non poterit vel non possit
Quoniam sicut audiuimus quidam Monachi et Canonici regulares aliquorum
Monasteriorum consweuerant extra septa morari suum tam patenter quam
latenter tam turpiter quam dampnabiliter propter quam sepius diuagari Sta-
tuimus quod nullus excepto Capellano et illis quibus ex necessitate admi-
nistracio competit septa monasterii sui exire audeat nisi prius ab abbate
Priore vel preposito Et si abbas vel prior vel prepositus presentes non fuerint ab eorum
vicariis vel aliis potestate habentibus eis specialiter licencia sit concessa Ambo
seu prior vel prepositus vel eorum vicarii sine causa necessaria vel racionabili
exeundi licenciam non concedant nec etiam obtenta licencia sine socio quis-
piam exire presumat Si vero abbates priores prepositi vel alii regulares
prelati seu eorum vicarii in aliquo premissorum negligentes inventi fuerint
vel remissi per suspensionem vel maioris vindicte sentenciam a diocesanis
suis se nouerint puniendos
Prohibemus ne Monachi vel Canonici regulares ecclesias ad firmam
recipiant vel conducant aut sub litteris diocesanorum Episcoporum vel aliorum ex-
traneorum in parochialium ecclesiarum Capellis existant Sed ad sua mona-
steria redeant donec iudicium nostrum celebraturi
Et quos Religiosos inventi fuerint cum canibus et auibus venatoriis
cuicunque occupanti concedimus a nobis
Nullus regularis cuiuscunque ordinis existat nisi audeat in parochialibus
ecclesiis seculariorum vltra octo dies loco Capellanorum ad celebrandum vel
ad ecclesiastica sacramenta ministrandum Si qui autem tales religiosos tenuerint
aut substituerint sint ipso facto ab ordinum execucione suspensi Nec suspensio

per diocesanos eis imposita super huiusmodi excessu seu transgressione pena
competenti ac inuicto sibi quod in talibus plus non excedant potius relaxari

De capellis monachorum

Nullus religiosus cuiuscumque ordinis existat deinceps valeat in parochialibus ecclesijs secularium ultra octo dies absque illius prelatis ecclesie ordinarij licencia speciali. Qui vero tales fuerint ultra octo dies capellanorum ad celebrandum et ad ecclesiastica sacramenta ministranda temere se et sustinuerit sit ipso facto ab omni et eiusdem suspensus Que suspensio per diocesanos Episcopos imposita eis super huiusmodi excessu seu transgressione pena competenti ac inuicto sibi quod in talibus ultimus non excedat valeat relaxari

De Iure patronatus

Ad extirpandam illam detestabilem corruptelam quorundam ecclesiarum patronorum qui rectoribus eorum defunctis spoliant domum et ecclesiam rebus mobilibus et interdum immobilibus in salutis proprie dispendium et scandalum plurimorum Statuimus ut siue laicus siue Clericus hec facere presumpserit sit a iure patronandi carere suspensus et loci diocesanus ecclesiam conferat instauracione utique sed patronus et patronatus excommunicentur et arcius euitentur donec eis debita satisfactione restituat sic oblata

Detestanda quorundam patronorum seu aduocatorum cupiditas intantum metas sue prauitatis excedit quod cum aliquod ecclesiasticum beneficium vacare contingerit quod ad ipsos ius pertinet patronatus nullam ydoneitatem presentandorum personarum siue etatis seu personam ualitate attendentes sed imitatores quaerunt symoniis successores quod recepta ab eis certa summa pecunie siue de ipsa in postum persoluenda aut promissione de remittendo sibi vel non repetendo ab eis decimis vel alijs ecclesie iuribus aut quod eis displicentia fecerint ecclesias ipsas dimittere presentatos et instituendos siue ipsorum manibus trade teneantur aut similibus pactionibus promissis eos instituendos episcopo representant Ne igitur huiusmodi detestabile mercatum contingens ius sibi vendicet contra dictorum canonicas sanctiones sic sacro approbante concilio diffinimus quod patronus clericus vel laicus qui et commentorum vel pacto quolibet promissorum vel illi deprehensus aliquem presentasse eo ipso pro illa vacacione ius presentandi amittat et presentare beneficium huiusmodi pro ea vice ad quem conferatur instituendo pertinet conferatur. Presentatus vero talis non solum eodem beneficio sit indignus sed ipso facto reddatur inhabilis ad sacros ordines et ad quecumque beneficia ecclesiastica obtinenda

De consecracione ecclesie vel altaris

Si ecclesiam pollui contingat sanguinis aut seminis effusione a publice excommunicato in ea fuerit sepeliri contingat ipsius ecclesie Cimiterium per contiguum sit eidem censetur esse pollutum Et antequam per Episcopum reconcilietur in ea non deberet diuina celebrari vel aliquis sepeliri

De celebracione missarum

Si cum per nos aut suffraganeorum nostrorum aliquem concedit
quod in altari viatico domina coram ipso possint officia celebrari non in
loco ventoso seu aliquo periculoso vel inhonesto hoc fieri debet intelligi
Unde si quis presbiterorum occasione concessionis huiusmodi coram premissa domina cele
brare presumpserit eo ipso penam incurrat synodalem

Prohibitum constitucionibus Canonicis invenimus ut nequaquam sacerdos plures
missas debeat dicere una die excepta solemnitate Nativitatis domini
et in casibus specialiter reservatis Cum autem sacerdotum avaricia ausu teme
rario ut plures oblaciones capiat in diversis ecclesiis presumunt dicere plures
missas una die nisi ut premittitur audeat celebrare Contrarium faciens
ad arbitrium superioris puniatur

Item abusum illum qui in quibusdam ecclesiis solitus est observari videlicet
quod presbiter cantato introitu et kirieleyson in uno altari mox ad aliud
idem facturus se convertit et sic deinceps et eciam hanc avariciam sepe vi
deant propterea abusum predictum penitus reprobamus districtius quod due vel
plures misse ubi due voces invicem se confundunt in una et eadem ecclesia
simul et semel nullomodo decantentur

Ordinamus eciam et statuimus ut deinceps nedum in Cathedralibus vi
cecia in Collegiatis ecclesiis omnes hore Canonice per singulos ipsarum
ecclesiarum decantentur ut eo amplior ad ecclesias populi devocio excitetur
quodque in altari maiori cuiuslibet ecclesie Cathedralis non nisi Canonicus
eiusdem ecclesie existens missarum audeat celebrare nisi per consuetudinem
in aliquibus ecclesiis contrarium sit inductum

Cum doctor gencium lumine quod glosissimum ecclesie asserat unicuique nostrum
graciam a domino datam quam non convenit accipi immo ne forte dum vo
cato in vacuum recepisse propter quod miramur et dolemus de nonnullis
nunc provincie Episcopis Abbatibus prepositis et aliis Clericis dignitates prelatu
ras officia Canonicatus et alia ecclesiastica beneficia curam presertim animarum
habencia obtinentibus qui etsi sacris canonum institutis vigentibus ad
sacrosanctorum ordines promoventur aiunt tamen graciam quam in colla
cione predictorum ordinum assecuntur sacrorum scilicet missarum officia in quibus
nostre redempcionis recensetur memoria in sue salutis ac animarum
pro quibus huiusmodi officia tenentur sacrificia dispendium raro vel nunquam
non sine gravi scandalo celebrando exercentur atque propter aliqua cum
latentibus obstaculis ab execucione sacerdotalis officii suspensi videntur
Cum autem beneficium datur propter officium in quo precipue cura frequentis
sancti venerabilis eukaristie sacramenti deo digne et laudabiliter presumitur
ut nisi illum qui venit et voluit legittimum impedimentum oppo
nere et ipso presbitero nichilominus investiget utrum impedimentum aliquod
obsistat et si nec per oppositionem accusatus nec per investigacionem inve
nerint presbiteri ipsi ipso facto interrogacionibus consuetis eos non
differant copulare Si vero ex posicione huiusmodi vel alia contra
copulam contrahendam apparuit probabilis coniectura per presbiteros contractus
interdicatur publice et expresse donec quid fieri debeat super eo

per episcopum vel eius officialem ad quorum hoc notitiam pervenerant sint
edocti. Si quis autem edicto huiusmodi modo premisso durante clande-
stina vel interdicta coniugia inire presumpserit in gradu prohibito etiam
ignoranter soboles de tali coniunctione suscepta prorsus illegitima
censeatur de parentum ignorantia nullum subsidium habitura. Cum ipsi
parentes taliter contrahendo affectatores ignorantie videantur. Pari
modo proles illegitima censeatur si ambo parentes impedimentum
scientes legitimum preter ecclesie interdictum, etiam in conspectu ecclesie contrahere
presumpserant. Sane parochialis sacerdos huiusmodi clandestinas coniunctiones
prohibere contempserit, aut quivis etiam regularis qui eis presumpserit
interesse per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus si
culpe qualitas postulaverit. Sed et his qui taliter copulare presu-
mpserint, etiam nullo alio impedimento obstante condigna penitentia per episcopum
iniungatur. Si quis vero ad impediendam copulam legitimam malitiose
impedimentum obiecerit canonicam non effugiet ultionem. Nullus
autem lapso dicto denuntiationum termino nisi in audiatur, aut accusans
contra illud testificans nisi denuntiatorem huiusmodi probabiliter ignora-
vit vel nisi iuret quod post tempus denuntiationum id didicit quod opponit
et quod ad hoc ex malitia non procedat. Cognitionem vero causarum matri-
monialium plebanis et decanis ruralibus sibi penitus noverint interdictam.

De cognatione spirituali

Spiritualis cognatio sive compaternitas in viginti casibus matrimo-
nium contrahendum impedit et dirimit iam contractum scilicet inter levatum
et levantem et filios levantis, levatum et coniugem levantis prius
cognitam, parentes levati et coniuge levantis prius cognitam et pa-
rentes levati. Item inter baptizatum et baptizantem baptizatum et
filios baptizantis, baptizatum et coniuge baptizantis prius cognitam,
baptizantem et parentes baptizati. Item inter confirmatum et levantem,
confirmatum et filios levantis, confirmatum et coniuge levantis prius co-
gnitam, et parentes confirmati et uxorem levantis prius cognitam, levan-
tem et parentes confirmati. Item inter confirmatum et confirmantem, Con-
firmatum et filios confirmantis, Confirmatum et coniugem confirmantis
prius cognitam, Confirmantem et parentes confirmati. Ne igitur occasionem
spiritualis cognationis in matrimonio difficultates emergant distri-
cte precipimus ut ad predicta baptismi et confirmationis sacramenta, per
que tantum compaternitates huiusmodi contrahuntur duntaxat tres habeant
compatres, nisi per episcopum vel eius officialem super hoc ulteriori modo fuerit
dispensatum.

De consanguinitate et affinitate

Cum divino timore postposito in animarum suarum periculum scienter infra
consanguinitatis vel affinitatis gradum prohibitum aut cum monialibus
matrimonium contrahere non vereantur tam religiosi ac moniales et clerici in sacris
ordinibus constituti matrimonia contrahentes excommunicationis sententiam preter alias penas iuris

incidant ipsofacto

De Symonia liber quintus

Licet Hely summus sacerdos in se bonus fuit quia tamen non
ignorans filios suos iniuste ac contra legem dei agere prout
ad eius spectabat officium non correxit, tempore in bello filiis ipse de
sella corruens fractis cervicibus exspiravit Proinde labe Episcopos
nostre provincie contaminari contingat Statuimus et sub obtestatione
divini iudicii precipimus quod omnes Episcopi nostre provincie, eorumque Suffra
ganeos si opus eis fuerit tales constituat, qui fame bone ac inte
gre opinionis existant Et quod ipsi Episcoporum Suffraganei a consecratione
ecclesiarum et altarium ac vasorum sacrorum seu benedictione vestimentorum
et apparamentorum ad divinum cultum spectancium nec ducte nec inducte
aut quolibet quesito dolo vel fraudis commento exigere quicquam preter
procurationem a iure concessam sub intimatione maledictionis eterne presumant
Sed ipsi Episcopi eorumdem eosdem suos Suffraganeos certis stipendiis sufultos
habeant et ipsis provideant ut statum habeant dignitati et ordini con
petentem

Statuimus etiam quod Episcopi aut eorum Suffraganei cum reconciliatores
Ecclesie vel Cimiterii pro reconciliatione eorundem nullum faciant pactum
nec aliquam exigant solutionem preter procurationem debitam expensis Recon
ciliatione aut certa pena licite poterunt exigere a violatoribus

Item cum contra violatores Ecclesiarum et Cimiteriorum pene sint a Canoni
bus constitute et prefatis iuris exigentibus in hec tempora devenimus
quod a magnatibus hic nec timor dei nec ecclesie honor impenditur
Precipimus ut talibus qui ecclesias et Cimiteria effractionibus spoliis
rapinis violant eius diocesani Episcopi nullo modo parcat, sed tales excommunicent
et excommunicatos denuncient ad satisfactionem condignam et precipue principes
exitum sed que facte fuerint, et si principium ibi nullus processus fuit, tunc
pena specialis promulgetur in illos qui principales in excessu fuerint nec
aliquomodo lata in eos sententia relaxetur donec de dampnis et iniuriis
sint satisfactum Is vero qui in ecclesia et Cimiterio aliquem crudeliter lesit
vulneravit et occidit excommunicationis sententiam incurrat ipsofacto

Ad hec, statuimus et sub pena excommunicationis prelatis prohibemus ut nullus
in villis ecclesie seu apud homines eorundem ascriptos et liberos podwodos
accipere presumat nisi in talibus casibus, Si videlicet tradicio ducis vel alicuius
castri subita timeatur vel si exercitus in terram ingrediens fuerit inva
andus et in hiis supradictis casibus qui ipsos podwodos accepit, prima
opportunitate sibi occurrente sine qualibet fraude permittat, et in eo loco
relinquatur ubi ab hiis quorum fuerint absque difficultate possent reperiri
Cum autem per hos casus villis vel hominibus prefatis ipsas receperint et
casu licito acceptas detinuerit vel aliena fuerint et ipsis pro usibus aliquo
tempore deputaverint tamdiu in loco in quibus diocesano expedire videbitur
denuncientur excommunicati donec ipsis podwodis restitutis dampnum quod

inde ipsorum domini passi fuerint eis sunt ex integro persolutum

Ne clerici vel monachi secularibus ne:
gociis se immisceant

Multa sunt negocia secularia de quibus pauca perstingamus ad que
pertinet omnis carnalis concupiscentia quicquid iusto amplius appetit plus homo
tempore lucrum est munera iniusta accipere vel etiam dare pro aliquo seculari
questu precio aliquem conducere contenciones et lites excitare amare in placitis se
cularibus disputare excepta defensione orphanorum aut viduarum conducto
res aut procuratores esse secularium rerum hominis vbi est furti esse ioculatores
vel iocum secularium diligere aleas amare ornamentum ingerens proposito
suo querere et in deliciis viuere velle gulam et ebrietatem sequi pondera
iniusta vel mensuras habere negocium iniustum exercere nec tamen iustum negoci
um est contradicendum propter necessitates diuersas quod legimus sanctos apostolos nego:
ciatos fuisse et in regula beati Benedicti precipitur prouideri per quorum manus ne:
gocia monasterii procurantur tamen et aues sagittare ad venandum et omnibus
quibuscunque causis superfluis interesse Hec et alia in hiis similia ministris
altaris domini necnon et monachis omnino contraria De quibus autem
apostolus Nemo militans deo implicet se negociis secularibus

Sed nec procuraciones villarum aut iurisdictiones etiam seculares sub aliqui
bus principibus et secularibus viris ut iusticiarii eorum fiat clericorum
quisquam exercere presumat Si quis autem aduersus hoc venire temptauerit
quia contra doctrinam apostoli dicentis Nemo militans deo implicet se ne:
gociis secularibus secularis agat ab ecclesiastico fiat ministerio alienus pro
eo quod officio clericali neglecto fluctibus seculi et potestatibus placeat se ingerere
sit districtius aut decernimus puniendus si religiosorum plurimorum aliquid
predictorum ausus fuit attemptare

De Sponsalibus Quartus liber

Si inter virum et mulierem legittimus consensus interuenit de presenti ita quod
vnus alterum mutuo verbis consuetis expresse recipiat vtroque dicente Ego
te accipio in meam et ego te in meum et alia verba consensum exprimencia de
presenti non licet alteri ad alia vota transire quod si fecerint secundum matrimonium
in mortuus adulterium de facto contractu etiam si sit carnalis copula subsecuta
separari debet et primum in sua infirmitate manere verum si inter ipsos actus
sicut tamen promissio de futuro matrimonio contrahendo vtroque dicente Ego te
recipiam in meam et ego te in meum siue verba similia et alter eorum aliquam
se carnaliter cognoscat aliam seu aliud per verba presenti desponsauerit de
presenti dato quod prima promissio de futuro per interposicionem fuit iuramenti
firmata Et tamen prevalebat desponsacio postsecuta Illi vero qui primam
promissionem per secundum contractum irritam fecit est de violacione fidei
pena iniungenda Carnal aut copula se sequitur promissorum de futuro corpo

Matrimonia efficit sic quod ei in nullo preiudicat quicunque contractus
matrimonialis per eum modo subsecutus Consuetudinem quoque generalis concilii
tum inhibitio contrahentium parochis prudente censemus districtius observandam
ut ad matrimonia sunt contrahenda diebus dominicis vel aliis festivis in eccle:
siis per presbiteros coram plebe publice proponantur sinodo competenti puntati
bus symonie pressure ac cunctis aliis impietatibus atque dilapidacionibus
cessantibus penitus vel semotis Verum si dicti viri ecclesiastici seu vitrici
ecclesie singulis annis racionem sic ut premissum est facere contempserint aut sinodo
se obiunxerint Rectores ecclesie una mon[u]cione per se vel fidedignos ipsis pre:
missa ordinacione loca quotocius comode poterint sub pena synodali coge[re] et
deinde ac animadversione debite puniendos

De immunitate ecclesiarum

Cum liceat laicis in ecclesias ecclesiasticas vel personas aut earum bona
nulla sit auctoritas sit ablata tam iure Canonico quam Civili Nonnulli tamen
laici intentes nec vetitum immunitates earum diversis conatibus infringere
moliuntur Nos super hiis volentes eorum ausum reprimere auctoritate huius
sacri concilii sub obtestacione divini Judicii et maledictionis eterne
districtius inhibemus ne decreto ad huiusmodi temeritatis magis presumant
extendere Quod videlicet aliquem confugientem ad ecclesiam quodcunque maleficium
commiserit quamquam Judex laicus seu quivis alius quamcunque secularem
vero obtinens seu potestatem exercens de ecclesia violenter presumat tra
here immunitatem ecclesie taliter violando Sed pocius ad instanciam re
ctoris ecclesie ad quam fugit vocatur ut eidem vitam et membra ille
secura conservet et ipsum pecuniaria vel alia disciplina puniat Nisi forte
nisi maleficior ad ecclesiam fugiens publicus latro fuit vel nocturnus
depopulator agrorum aut si in ipsa ecclesia vel eius Cimiterio homicid:
dium vel membri truncacionem sub spe immunitatis perpetravit tales enim cu:
iuslibet immunitatis privilegio sunt indigni

Item ut exigencia rerum nostri demerente didicimus secularis potestas
ad tantam sevire non veretur quod episcopos ab eorum sedibus bannit pro:
scribit potenter expellit et persequitur ad contemptum tam divinum et sacrorum
Canonum sanctiones Et quia scripsisse ad tantam devenerint egestatem
quod in vilipendium pontificalis dignitatis non habent ubi caput reclin
nent et caput sustentat ut vita Propter quod presentis Concilii approbacione
Statuimus et inviolabiliter observari precipimus Et quociensque casum
et ipsis provincie nostre supradictam vel aliorum illorum accidere contingat Alii
omnes comprovinciales Episcopi in talibus persecucionibus ipsum consiliis sub:
sidiis favoribus et auxiliis prosequi et adiuvare teneantur et ad suam
sedem libere veniat Addicientes quod donec reddire nequiverit Episcopus
comprovincialis quicunque ad ipsius requisicionem secundum possibilitatem
in suis domibus eundem procurare sit astrictus

Mandamus ut capitulum quod intelleximus de immunitate ecclesiarum libro sexto publicatur quod sequitur sub hac forma Statuimus ne quis impetratores litterarum apostolicarum vel alios ad forum ecclesiasticum recurrentes super causis que ad ecclesiasticum forum de iure vel de antiqua consuetudine pertinere noscuntur ad desistendum vel in foro seculari de questionibus huiusmodi litigandum per e- ordium iudicum ecclesiasticorum vel impetrantium seu litigantium aut volentium litigare aut propinquorum ipsorum seu illarum rerum aut ecclesiarum suarum etiam captionem modis vel aliis compellat seu compelli faciat seu procuret nec per se vel alios impediat quominus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis seu ordinariis querulantibus et de causis que ut premissum est ad cognitionem pertinet eorundem possint publice iustitiam obtinere nec ad predicta facienda dent auxilium consilium vel favorem Si quis vero contra presumpserit excommunicationem se noverit ipso facto subiacere a qua nisi tam iudici cuius cognitio fuit impedita integraliter vel iurisdictio usurpata quam parti que perturbata in prosecutione sui iuris fuit de iniuriis dampnis expensis et interesse integre fuit satisfactum nullatenus absolvatur

Eos qui temporale dominium obtinentes suis subditis aliquid interdicunt ne prelatis aut clericis seu personis ecclesiasticis quicquam vendant aut emant aliquid ab eisdem nec ipsis bladium molant coquant panem aut alia obsequia exhibere Ymo aquam et pascua prohibent Eum illud in derogationem libertatis ecclesiastice presumant eo ipso excommunicationis sententie decernimus subiacere Et etiam qui ad eos oblationes ne libere fiant inhibent directe vel indirecte decernimus extendendum

Insuper statuimus ut capitulum quicumque de censibus libro sexto et Clementina positum eodem titulo ab omnibus publicetur et observetur sub hac forma Si universitatis vel singularis persona ecclesiasticas vel ecclesiasticas personas compulit solvere pedagia vel guidagia seu theolonia vel exactiones pro rebus suis quas negotiandi causa non deferunt pro personis singulares sunt excommunicati et universitas interdicta nisi eis prodesse circa consuetudo et prescriptio per dyocesanos quibus hoc constat clericis debent excommunicati publice nuntiari

Excommunicamus omnes Hereticos utriusque sexus quocumque nomine censeantur fautores receptatores et defensores eorum Necnon et qui de cetero servari fecerunt statuta edita et consuetudines introductas contra ecclesie libertatem nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententie fecerint amoveri Item excommunicamus statutarios et scriptores statutorum ipsorum necnon potestates Consules Rectores et consiliarios locorum ubi de cetero huiusmodi statuta et consuetudines edite fuerint vel servate Necnon et illos qui secundum ea presumpserint iudicare vel in publicam formam scribere iudicata

Cum ministrorum ecclesie sustentacioni et subvencioni egenorum sint proventus et res ecclesiastice deputate prohibemus ut nulli in turba vel exercitu in bonis et ecclesie villis que utique absque gravi dispendio ecclesiarum et in ibi habitancium descensionem non modica nequaquam fieri possunt faciant staciones. Aliquid predicte persone turbarum vel exercituum predictorum imposito monicione premissa sentencia maioris excommunicacionis incurrant et loca Civitates Castra ville et Opida quibus presint tamdiu donec satisfecerint ecclesiastico subiaceant interdicto

Item cum ad aures nostras frequens clamor pervenerit quod quidam Nobiles et potentes tam laici quam clerici sub specie hospitalitatis bona monasteriorum et ecclesiarum seu ecclesiasticarum personarum devorant et devastant nimis frequenter et cum effrenata multitudine hospitantur ut longioris temporis victum brevius tempore consummant sub pena excommunicacionis districte precipimus ut omnes de provincia Gneznensi tam laici quam clerici ab huiusmodi monasteriorum et ecclesiarum gravaminibus non abstineant seu a predictis monasteriis vel ecclesiis contra Religiosorum vel secularium clericorum voluntatem quicquid extorserint vel ex vana seu nulla consideracione annonam seu alias res clericorum absque eorum mandato contra caritatem presumpserint, eis usque ad satisfaccionem condignam premissa monicione intrantibus ecclesie denegetur. Episcopi vero vel alii quibus de iure vel approbata et prescripta consuetudine procuracio debetur ipsam poterint recipere servato modo Canone Concilii generalis

Quoniam nonnumquam Consules Civitatum et Rectores earum et alii qui potestatem habere videntur tot onera frequenter imponunt ecclesiis ut deterioris condicionis factum sub eis sacerdocium videatur quam sub pharaone fuit qui legis divine noticiam non habebat. Ille quidem omnibus aliis servituti subactis sacerdotes et possessiones eorum in pristina libertate dimisit et de publico eis alimoniam ministrabat. Isti vero onera sua fere universa imponunt ecclesiis et tot angariis eas affligunt ut eis quod Ieremias deplorat competere videatur Princeps provinciarum facta est sub tributo. Sive quidem fossata seu expediciones seu alia quecunque sibi arbitrantur agenda de bonis ecclesiarum clericorum et pauperum Christi usibus deputatis volunt fere cuncta compleri et Iurisdiccionem et auctoritatem prelatorum ita evacuant ut nichil potestatis eis in suis videatur omnibus remansisse. Quocirca sub anathematis districcione fieri talia de cetero prohibemus. Nisi Episcopus et Clerus tantam necessitatem vel utilitatem inspexerit ut absque ulla coaccione ad relevandas communes utilitates vel necessitates ubi laicorum non suppetunt facultates subsidia per ecclesias existimet conferenda. Si autem Consules aut alii de cetero ista commiserint et commoniti desistere noluerint tam ipsi quam fautores eorum excommunicacionem se noverint subiacere nec communioni reddantur donec satisfaccionem fecerint competentem

Aduersus Consules et Rectores Ciuitatum et alios qui ecclesias et
viros ecclesiasticos talliis seu collectis et exactionibus aliis aggrauare videntur
nituntur volens immunitati ecclesiastice lateranense concilium prouidere
presumptionem huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit transgressores
et fautores eorum excommunicationi subiacere precepit donec satisfactionem impen
derint competentem. Verum si quando forte episcopus simul cum clericis tantam
necessitatem vel vtilitatem prospexerit vt absque vlla coactione ad releuandas vti
litates et necessitates communes vbi laicorum non suppetunt facultates subsidia per
ecclesias duxerint conferenda predicti laici humiliter et deuote recipiant cum
gratiarum actione/ propter imprudenciam tamen quorundam Romanus pontifex prius
consulatur cuius interest communibus vtilitatibus prouidere. Quod vero nec sic quorundam
malicia contra ecclesiam dei ecclesiam conquieuit. Addimus vt constitutiones et sentencie
que a talibus vel de ipsorum mandato fuerint promulgate inanes et irrite
habeantur nullo vmquam tempore valiture. Ceterum quia fraus et dolus alicui
patrocinari non debet/ nullus vano decipiatur errore vt infra tempus regiminis
sustineat anathema quia si post illud non fuerit ad satisfactionem compel
lendus. Nam et ipsum qui satisfacere recusauerit et successorem ipsius nisi
satisfecerit infra mensem manere decernimus ecclesiastica censura conclusum
donec satisfecerit competenter. Cum succedat in onere qui substituitur in honore
Votiui et extraordinarii cenni cum clerici dampnum cum lucro deus nolit com
pensare in alia cerimonia consimili

8 Volentes occurrere erroribus quos experigentia docente vidimus temporibus
nostris in aliquibus diocesibus Gneznensis prouincie exoriri statuimus quod
vigilia beati Mathie apostoli si in diebus Carnispriuii euenerit quo ad
cerimonias et ad alia ab omnibus abstineatur et aliam diem per quempiam in illa terra
transferatur

De Ecclesiis edificandis

Ecclesiam seu Basilicam de nouo nullus edificet nec antiquam transferat
nisi per Episcopum vel eius Commissarium in loco structure ponatur lapis primus
benedictus alias edificium diruatur et edificatores excommunicentur clerici vel laici
canonice puniantur nec episcopi seu alii quicumque seu vicarii qui suffraganei
communiter appellantur huiusmodi primarium lapidem ponant maxime in locis in quibus
ecclesie alias non fuerunt nec edificatas consecrent nisi dotem litteris specialis qui
ex officio suo prouide tenentur ne ecclesia erigatur sine dote condigna lumina
ribus et ornamentis et absque ecclesie notabili detrimento. Cum autem huiusmodi Episcopus
per dotem committitur vt in diocesi sua ecclesiarum consecrandarum primarios
lapides ponat seu consecratas consecret in illo generali mandato non compre
henduntur Collegiate ecclesie nisi de ipsis specialem fecerit mencionem Aliis vero
Episcopus vel de speciali dotem commissione non possit ipsas predictas soluere vel ligare

XX

Item cum episcopi fundant ecclesias aut fundatas dotare voluerint Statuimus
ut dotes in perpetuam memoriam habeantur in scriptis et sub sigillo prelati et
patroni diligencius clause consignentur. Si que autem pro usibus cuiuslibet ecclesie
decime fuerint assignate sub certa limitacione terre et quantitate valoris debeant
assignari. Ita ut decrescentie si que forent in posterum ad mensam episcopi
redeant. Hoc autem ad ecclesias cathedrales nolumus extendi

Quicunque ecclesiastica beneficia optinent adiuvent ad tecta ecclesie refi
cienda vel ecclesias emendendas et cum eis collectores ecclesiarum pro fabrice
ecclesiarum deputati, quos quidam vitricos appellant qui sunt communiter ex personis
de plebe maiores et idem elemosinas fidelium inconsulte ecclesiarum
Rectoribus non expendant

Ad decus et honorem ecclesiarum cathedralium attendentes Statuimus ut con
suetudo in nostra provincia iam diutius observata qua pontifices duas
et capitula ecclesiarum cathedralium tertiam partem pro fabrica ipsarum ecclesiarum
contribuunt robur optineat perpetue firmitatis ipsam quod hoc sacro approbante
concilio confirmamus et ut equalitas tamen observetur decernimus quod capitula eccle
siarum predictarum ponant beneficiis ipsorum iustam et ordinatam taxam, Si aliquando
quod sit ex iusta causa contingit clero pro subsidio fabrice collectam imponi
Ita ne alter pro altero pregravetur pro aliqua parte non debeat compensari
de ea non obstante exemptionibus (?) quilibet contribuat suam partem

Ad divini cultus ampliationem ad maiorem quoque iusticie et conscientie pre
clusionem quorum Rectores ecclesiarum et alie spirituales persone militantes do
mino (?) se non impliceant secularibus, carnalia spiritualibus, utilia utilioribus
preferendo volumus et ordinamus quod singulis annis infra octavas nativitatis
Christi aliquo die infra dicte octave ipsi Rectores et alii curati conveniant et domi
num quilibet in parrochia sua cum patrone ecclesie si patronus ibi fuerit
et commode adesse poterit et cum parrochianis vel saltem cum aliquibus de senior
ibus parrochianorum seu sue parrochie duos viros de statu laycali fide di
gnos eligat et deputet, qui sint deputati viri curati vel vitrici eccle
siarum ea que pro fabrica seu structura et aliis usibus seu necessitatibus ecclesie
quomodolibet a christifidelibus offeruntur diligenter conservent et cum consilio Rectorum
exponant fideliter et dispensent qui eciam huiusmodi oblata cum Rectoribus eiusdem
ecclesie describere personas offerentium tempus et quotam ablatorum ne ipsis opprimi
possit usurpatio tenebuntur (?) et in fine anni suis successoribus, sicut pre
fertur, cum clericis et rectoribus ecclesie ac aliquibus de senioribus parrochianis de huiusmodi
receptis et expositis, eciam si ipsi de consensu rectoris et parrochianorum in eodem
officio remanserint singulis annis rationem facere sint astricti, ad quod eciam

faciendam eos et eorum quemlibet obligamus Et ut in premissis omnis cessat
suspitio et vitas apeat volumus quod unus liber sive quaternus penes
rectorem ecclesie et alter penes dictos duos custodes vitrices in quibus liber
sive quaternus huiusmodi oblacionum summe ac distribuciones sive dispensaciones earundem
ut premittitur conservabuntur contineantur remaneat et sint. Hoc sacro approbante
concilio volentes huius tempore ac prelatis et clericis huiusmodi vitam sollicitudinis
pastoralis ampliori discretionis exercitare Statuimus ut decreta Episcopi abbates
prepositi et alii ut prefertur ecclesiastica beneficia qualiacumque sint optinentes subdiaconi
et ad diaconatus et diaconi consequuntur ad presbiteratus ordinis impedimentis
canonicis cessantibus infra unius anni spacium ascendere non postponant
Cum vero in sacerdocio fuerint constituti infra sex mensium decursum a
tempore quo presbiteratus ordinem susceperint Si vero qui actu sunt iam sacerdotes
a die publicacionis presentium infra similem terminum sex mensium vel si eo citius
potuerit fieri ad perditorum ordinum execucionem vadent ad peragenda celebranda
missarum officia tam venerit qui devote iuxta sententiam apostoli se ipsos probando
preparare debeat ac tunc de illo pane ede et de calice bibe quociens
[illegible] et quod hoc ipsis deus inspiraverit et sibi ac personarum saluti
putaverint expedire Ita tamen ut si frequencius id fieri possit non commode saltem
in festis maioribus anni nisi forent canonico impedimento prohibiti
quod suo superiori vel de ipsius licencia confessori ydoneo revelabunt
devocius sint poterint officiare teneant. Contrafacientes autem huius salubris
constitucionis si Episcopi fuerit pro quolibet anno in centum et abbates
non exempti in viginti quinque marcis usualibus prepositi vero et alii beneficiati
ac presbiterum ut in aliarum canonicis decimam partem fructuum suorum beneficiorum
pro media parte fabrice ecclesiarum ecclesiarum ubi beneficiati fuerint reliquam
vero pro execucione presentis nostre constitucionis loci scilicet ordinario vel cui
hec potestatis commissa fuerit continentes penis irrefragabilis statuto decernimus
puniendus ad cuius potestatem fidelem et observanciam corporum nostrorum et aliorum
nimirum vices nostrorum gerentium qui pro tempore fuerint consciencias oneramus

De Baptismo

Baptismus cum honore et reverencia celebretur et cum magna cautela maxime
in distinccione verborum et prolacione in quibus tota virtus sacramenti consistit
Scilicet ego te baptiso in nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Et in wlgari laicos
doceant sacerdotes frequenter qualiter cum opus sit debeat baptizare
Parentem etiam et matrem prius in summa necessitate similiter posse baptizare doceat
dicat etiam laicis quod nomen puero non imponant penam aut verborum prolatam ab
eo qui baptisat integre communiter ordinate et sine interpolacione imponendo
aliquam proferant. Interroget autem laycus qui per ipsum baptisat diligenter

A sacerdote qui dixerit quod fecerit et si eum invenerit modo districto et
debite baptisasse allato puero ad ecclesie foras suppleatur quod deest
scilicet pabulum salis et aurium linitio cum salina et hic a sacerdote nomen
puero imponatur exorcismi non dicantur sed super fontes sine immer
sione tamen sub qua forma puer baptisatus fuit omnia fiant que
fieri solent Si vero dubium fuit tunc sacerdos omnia faciat et im
mergens dicat Si tu non es baptisatus Ego te baptiso In nomine
patris et filii et spiritus sancti amen Post elevandum puerum de fonte tres tantum patrini reci
piantur prius tamen episcopo super pluralitate patrinorum dispensare

De custodia Eukaristie

Statuimus ut in cunctis ecclesiis Eukaristia Crisma oleum sacrum aqua bap
tismi sub fideli custodia sive seris et reconditis observentur ne possit ad ea
temeraria manus extendi pro nephandis aliquibus exercendis Si vero is ad
quem spectat custodia ea incaute reliquerit tribus mensibus ab officio
suspendatur et si per eius incuriam aliquid nephandum inde contingerit graviori
subiaceat ultioni

Relinqui nolumus incorrectum quod quidam tectum ecclesiarum sic exponunt super
pellectilibus propriis et etiam alienis ut potius domus laicorum quam dei basi
lice videantur non considerantes quod dominus in Evangelio non sinebat ut vas
transferretur per templum Sunt autem alii qui non solum ecclesias dimittunt
incultas verum etiam vasa ministerii et vestimenta ministrorum ac pallas altarium
necnon et ipsa corporalia tam immunda relinquunt quod interdum aliquibus sunt hor
rori quia zelus nos comedit domus dei sunt prohibemus ne huiusmodi suppel
lectilia in ecclesiis reponi admittantur nisi inter hostiles incursus
aut incendia repentina seu alias instantes urgentes ad eas oporteat haberi
refugium Sic tamen ut necessitate cessante res in loca pristina reportentur Pre
cipimus quoque ut altaria vasa corporalia ac vestimenta predicta munda et
nitida conserventur Nimis enim videtur absurdum in sacris sordes negligere
que dedecerent etiam in prophanis Et ideo contra facientes penam unius marce
mandat imposituri

De observatione Ieiuniorum

Volumus etiam prohibemus ne quis adultus [struck-through word] parit et districtas ordi
naria et statuta ieiunia ut quadragesimale quatuor temporum et vigiliarum pre
sumat infringere nec huiusmodi nostra ieiunia preter ecclesiarum vel cimiteriorum
et contra ipsos procede per censuram que pene sic exacta debebitur pro media
parte ecclesie cathedrali pro fabrica et pro alia media parte ecclesie violate,
si episcopus convincat expensis rectoris ecclesie vel alterius reconciliacionem provinciante
Alioquin si episcopus ipsam reconciliacionem suis sumptibus faciet et expedierit
sibi debebitur tota pena quam etiam reconciliacionis episcopus vel suus suffraganeus

Requisitus tenebitur satisfacere infra tres menses de pena circa exigenda
a malefactoribus arbitrio diocesani duximus relinquendam. Veritas est verbum
organo divine vocis emissum: Gratis accepistis gratis date. Proinde vo-
lentes symoniacam heresim de finibus nostre provincie presenti salutifera
provisione cupimus expellere et abusum qui circa ordinatos clericorum singulariter
statuimus quod ab ordinatis clericis accolitis subdiaconis diaconis presbiteris nichil
fiat exaccio pro formatis nec pro examine et intitulacione, preter tamen ex-
pensam scripture literarum et pergameno in quo sibi formate describentur. Licet
sacris canonibus ne pro institucionibus aliquid exigatur cautum sit, tamen notarii
curiarum tam nostre quam coepiscoporum nostrorum et aliorum prelatorum in exi-
gendo salario ex corruptela antiquitus introducta metas racionis excedunt.
Nos igitur gravamina cleri nostre provincie considerantes et depactaciones commissas
investituris fore illicitas quas licet in toto prout optaremus tollere non pos-
simus easdem saltem restringere volentes, hac sacro synodo approbante prohibe-mus.
Et deinceps pro litteris investiturarum ad beneficia quantumcumque magni
redditus beneficium existat notarii curiarum ultra duos florenos auri hun-
garicalis exigere non presumant. Et si beneficium sit mediocre vel exile,
salarium notarii diminuetur et arbitrio ordinarii committitur, in quo conscienciam
eius oneramus. Si quis vero notariorum in premissa exaccione excesserit, pena
dupli ad requisicionem gravati puniatur per eundem in usus pauperum convertenda.
Episcopus vero qui ad requisicionem conquerentis gravati huiusmodi notarios in premissis refrenare
infra mensem neglexerit, ab ingressu ecclesie tamdiu sit suspensus donec
predictam penam dupli quam suus notarius vel alius suo nomine ultra taxam
impositam extorserit in usus pauperum Christi disseminat fideliter. Super quo ipsius
conscienciam oneramus. Nullus de non petendo beneficio ab ordinatore suo
prestare caucionem seu promissionem aliquam intendit quia hoc symoniacum est
et contra canonicas sanctiones.

Verumque aliqui sacerdotes ex simplicitate sive iuris ignorancia quod ex avaricie
vicio quod fere omnes oculos excecavit dum eukaristiam oleum infirmorum
et baptisma parvulorum crisma oleum sacrum et sepulturam aut alia sacra-
menta ecclesiastica suis subditis administrant precium exigunt ab ipsis pro suis ex racione
et reatus defensionem longam illius loci consuetudinem pretendentes, nec adtendentes
quod diuturnitas temporis peccatum non minuit sed augmentat. Nos inherentes concilio
Thuronensi qui huiusmodi consuetudinem maxime detestatur, super huiusmodi aut super aliquibus
sacramentis conferendis aliqua certa munera quantumcumque modica per sacerdotes
aut prelatos a suis subditis tamquam debitum exigantur sub pena tunc in canone
synodali approbacione huius sacri concilii districtissime prohibemus
Nisi huiusmodi munera a christifidelibus sponte et caritative offerantur

Volumus ut laici utriusque sexus per episcopos aut officiales eorum ad consuetudines laudabiles pro devotione fidelium introductas fraudulenter per censuram ecclesiasticam repellant.

Ne prelati suas vices sub annuo censu exponant

Cum nimis per sacrorum canonum statuta sit salubriter prohibitum ne prelati vices et suas iudicis sub annua exponant pensione Nonnulli tamen provincie nostre et alii prelati inferiores contemptis spretis sacris institutis cupiditatis sue laxatis habenis officia sua et iudicia exercenda sub annuo precio locare officialibus seu vicariis temporum non verentur in subversionem iustitie et depauperationem subditorum Nos igitur talibus abusibus viam precludere cupientes hac sacri approbante synodo statuimus Ut quicunque pontifex aut prelatus huiusmodi officia aut iura deinceps locare presumpserit episcopus suspensionis a divinis Inferior vero prelatus sententiam excommunicationis incurrat ipso facto Officiales vero vicarii huiusmodi iura conducentes ipso etiam nomine se sententia excommunicationis innodatum a quibus preterquam non possint absolutionis beneficium a nobis vel nostris successoribus valeant optinere donec utrique temporum tam prelatus locans quam officialis seu vicarius conducens iura predictam summam pecuniariam pro qua huiusmodi locatio facta fuit integraliter persolvat medietatem in usus pauperum secundum ecclesiarum cathedralem degentium Aliam vero medietatem pro fabrica eiusdem ecclesie dispensandam

De Iudeis

Item omnibus christianis huius provincie sub pena excommunicationis districtius inhibemus ne iudeos vel iudeas secum ad commanendum recipiant vel cum eis manducare vel bibere presumant aut etiam cum ipsis in suis nuptiis vel neomeniis saltare vel tripudiare presumant Nec christiani carnes venales seu alias carnes vel alia cibaria a iudeis emant Ne forte per hoc iudei christianos quos hostes reputant fraudulenta machinatione venenent Addimentes ut si decetero quocunque pretextu iudei christianis graves seu non moderatas usuras extorserint christianorum eis participium subtrahatur donec immoderato gravamine satisfacerint competenter Unde christiani si opus fuerit per censuram ecclesiasticam compellantur ab eorum commerciis abstinere principibus aut ministris ut propter hoc non sint christianis infesti sed potius a tanto gravamine iudeos studeant cohibere

Ut autem iudei a christianis valeant evidenter discerni statuimus et inviolabiliter precipimus observari quod omnes et singuli iudei utriusque sexus in terris nostre provincie

portent unum circulum de panno rubeo pro signo assutum sive consutum
ante pectus parte sinistra in veste superiori quam gunke et reglacter
portent desuper vestes suas alias cum extra domos habitacionis sue exe-
unt vel incedunt vel in publico quocumque modo appareant aut se exhi-
beant vel ostendunt et huiusmodi signum infra mensem assumere teneantur
a die publicacionis constitucionis presentis. Quod si in huiusmodi signo assumendo in-
fra tempus supradictum aut eciam deferendo prout superius est expressum
Iudei prefati vel ipsorum aliqui contrarii fuerint vel rebelles extunc christi-
anorum omne emcionis et vendicionis commercium et quodlibet aliud participium
sibi noverint penitus interdictum et alias arbitrio loci ordinarii puniendi

8 Item cum adhuc terra Polonica sit in corpore christianitatis nova plantacio ne
facilius populus christianus a cohabitancium Iudeorum superstitionibus et pravis mo-
ribus inficiatur quo levius atque recentius christiana religio in fidelium cordibus
in hiis partibus est plantata districte precipimus ut Iudei in hac provincia
Gneznensi commorantes inter christianos permixti non habitent sed in aliquo sequestrato
loco civitatis vel ville domos sibi contiguas sive coniunctas habeant ita
quod a communi habitacione christianorum sepe muro vel fossato habitacio Iudeorum separetur
Precipimus autem ut per episcopum diocesanum et per dominum temporalem tam christiani
quam Iudei quorum domus intermixte sunt ut ad vendendum seu permutandum
eas ad arbitrium bonorum virorum consilio qua noverint appellacione cessante Interim
autem si sacramentum altaris ante domos Iudeorum deferri contingat ipsi Iudei
audito sonitu primo intra domos suas se recipiant et fenestras ac hostia sua
claudant. Postquam autem hec separacio facta fuerit decernimus ut Iudei in una civitate
vel villa unicam tantum habeant synagogam

Item precipimus ut Iudei sacerdoti parochiali infra cuius parochie terminos man-
serint pro eo quod loca in quibus christiani habitare deberent occupant iuxta quan-
titatem dampni quod ei ex hoc inferunt ad arbitrium diocesani loci omnes fructus
refundere compellantur. Prohibentes eciam ne stubas et balnea christianorum
frequentent, nec servos nec ancillas aut nutrices seu quecumque mancipia
die noctuque in suis domibus retinere presumant, nec ad recipiendum teloneum
seu aliquod publicum officium aliquatenus assumantur. Si quis Iudeus cum
aliqua christiana fornicacionis vicium deprehensus fuerit commisisse tam quoadusque
decem marcas ad minus pro emendacione solverit districto carceri mancipetur
et mulier christiana que tam dampnatum coitum pegit per civitatem fustigata de
ipsa civitate sine spe redeundi penitus expellatur.

De Hereticis

Heretici quarumcumque sectarum et credentes ipsorum eadem receptato-
res defensores et fautores eorum excommunicati sunt. quos universi fideles
christiani maxime parochiales presbiteri diocesano loci vel inquisitori

Heretice pravitatis denunciacione tenentur ut pro suis demeritis correctionem
accipiant et ne fidelium corda eorum doctrinis pestiferis corrumpantur

Item christianos qui ad ritum transierint et redierint iudeorum aut gentilium
qui dum erant infantes aut mortis metu non tamen absolute seu precise
coacti baptisati sunt est tamquam contra hereticos si sunt de hoc confessi aut
seu per iudeos convicti et sicut contra fautores receptores et defenso
res hereticorum taliter est procedendum

Remedia contra hereticos

Primum Remedium quod littere ordinatorum dirigantur ad omnes ecclesiarum re
ctores preceptive et sub pena excommunicationis quod omnem diligenciam faciet
inquirendo si qui ibi sunt qui novam doctrinam desperatam seminant
clerici vel laici et persone utriusque sexus qui si reperti fuerint quod inti
ment suis vel archidiaconis scriptis et si pravitate eos poterint victos
reperient et quod moneant in genere omnes et singulos suos parochianos
et si aliqui sciunt vel sunt suspectos de pravitate heretica eos prefati denuncient

Secundum remedium quod ordinarii scribant requirendo principes Nobiles Ca
pitaneos necnon communitates civitatum villarum et castrorum quantum eorum
sunt et proconsulibus quibus in hoc committunt vices suas ut quoscunque
clericos vel laicos invenerint hereticos vel suspectos a novas doctrinas pre
dicantes aut suggerentes aut receptatores et maxime defensores etiam si
per ecclesiarum rectores non sunt requisiti dicto de singularitate ipsorum doctrine ap
pareat vinctos transmittat episcopo vel eius officiali aut vicario aut alteri
commissario ad hoc deputato

Tercium Remedium quod nullus rector parrochialis ecclesiarum suspectum predicatorem
vel predicare volentem admittat et in adiutorem cure sive capellanum recipiat

Quartum Remedium quod rectores parrochialium ecclesiarum ubi illi qui habent potestatem
providendi rectores scolarum non conferunt rectoratus nisi notis et cognitis et de
heresi non suspectis neque diffamatis quibus precipiatur rectoribus sub pena excommunicationis
quod ad scolas venientes de Bohemia vel alias videlicet transeuntes vagos sive
in scolis manere non admittat nec eos recipiat receptum vero suspectum si fuerit
possit episcopo vel officiali repetet vel potestati seculari intimet et curam gerat quod
in favorem ipsius fidei vinctum adducat Et videat rectores ecclesiarum scolares si
qui in scolis de hac secta conferunt aut eam laudant seu defendunt quos dum
tales esse agnoverint faciant prout superius est premissum

Quintum Remedium requirent Epi dominum Regem principes et po-
testates seculares ut Inquisitores heretice pravitatis foveant adiuvent et defe-
dant auxiliis eciam brachii secularis iuxta formam iuris communis

Sextum quod fiat mandatum ex parte Episcoporum sub pena excommunicacionis ut nullus
qui potestatem habet tamquam pater in filios vel tamquam dominus in servos vel
tamquam patrefamilias in aliquem de familiis conferat aliquod subsidium in pe-
cunia vel in rebus aliis quibuscumque infectis pravitate heretica ad studium
in Bohemia vel alias undique aut venientibus de eodem loco ubicumque sint in
provincia existant

Septimum quod domini Epi eligant et expediant visitatores habentes integre
opinionis Archidiaconos vel alios qui visitent totam diocesim inquirendo
de fautoribus receptatoribus et defensoribus hereticorum heretice pravitatis Johannis
Huss et specialiter quod faciet libros sive pravitatem tam per [illegible] ecclesia-
rum quam eorum predicatores circa quos videndos diligenciam habeant an
aliqua suspecta sint in eisdem libris inserta et si invenerint extunc eosdem
suspectos de heresi si poterunt vinctos transmittant aliquin faciant ut super premissis

Octavum Remedium et ultimum Est postquam suspecti de heresi capti fuerint
extunc omnes libri eorum inquirantur et execrentur et presententur Epo vel offi-
ciali aut Inquisitori Et videtur domino quod ordinarii quibus hoc ex officio competat
sue dignitatis si quos hereticos invenerint delatos vel receptos in officio suo
non torpescant nec unus per aliud se excuset sed mutuo invicem In processu
vero contra hereticos servetur forma Sexti et Clementinarum hactenus et
practica quam ipsi Inquisitores heretice pravitatis servare consueverunt

De Scismaticis

Perpetuo prohibemus edicto quod Scismatici Sacerdotes in terris nostre
provincie officiare apud ecclesias non sinantur nec permittantur huiusmodi vel edifi-
care absque dyocesanorum in quorum dyocesibus seu iurisdictionibus commorantur
licencia et consensu nova oratoria vel Capellas nec christianis ipsi scismatici
ministrent ecclesiastica sacramenta Ipsi quoque christiani prohibeantur districtius ipsorum scismaticorum
audire officia vel ad ea accedere vel ab ipsis ecclesiastica aliqua recipere sacramenta
A quibus omnibus dicti Scismatici per censuram ecclesiasticam arceantur quam si
forte contempserint per seculare brachium a talibus compescantur

Et quia predicta pericula nos circa futura fieri timentes volumus et ordinamus

Et si que persone vel collegia a nostra seu provincia separaverint scisma quod
faciens cum iam quod presertim huiusmodi a suo diocesano obediencia recesse-
rint pontificale eis ministerium et ecclesiastica beneficia sepulture videlicet
et elemosine penitus denegentur. Et si canonice moniti ad obedienciam
vel ad unionem non redierint extunc per locum ab ipsorum gremio districtius
arceat. Insuper a personis ecclesiasticis ad hospitia nullatenus colligantur
hoc ipsum volumus extendi ad eos qui iam scisma et inobedienciam eorum communicant

De Apostatis

Prohibemus ne apostate vel cuiusvis religionis professi qui
sui ordinis mutates cum ex eo excommunicacionis sententiam dinoscuntur contraxisse
ad ecclesias regendas vel curam vicariatus admittantur

De raptoribus

Mandamus universis plebanis et aliis clericis cuiuscumque fuerint status
in virtute sancte obediencie et sub pena privacionis beneficii et officii
ne aliquem raptorem proscriptum bannitum profugum vel mendicum aut
eorum rapinas in domibus receptent vel conservent aut ipsis ex domibus
suis expensas seu alimenta ministrent sive ipsorum litteras seu legaciones
ad quascumque preferant a quibus plerumque huiusmodi pestiferum genus hominum
per comminaciones de occidendis personis vel earum bonis cremandis pe-
cunias extorquere conantur.

Cum in quibusdam locis quotidie iniquitas invaluerit quod in rebus ecclesie
sic furtum reputatur sagacitas rapina probitas et violenta fortitudo hoc
sacro approbante concilio cupientes secularium potestatum aut eciam ecclesiasticorum
pessimas refrenare sanccimus quod quicumque principes seu capitaneus rector
baro miles aut nobilis vel officialis eorum et generaliter quevis alia persona
spiritualis vel secularis cuiuscumque dignitatis status et condicionis existat de-
cimas tributa castra villas immunitates possessiones et bona ac alias
res mobiles et se moventes ac ecclesias et pia ac religiosa loca personas-
que ecclesiasticas spectancia et pertinencia aut eciam pauperum hominum in ipsorum bonis
degencium rapuerit invaserit occupaverit ac illicite detinuerit exactionaverit
tallias seu collectas imposuerit seu iniuste impignoraverit aut occasione
pignoris aliquid extorserit vel quovis quesito colore fecerit ut rapi inva-
di occupari detineri impignorari exactionari mandaverit ordinaverit seu ratum
habuerit aut raptorem invasorem occupatorem et detentorem illicitum tunc re rap-
ta invasa occupata detenta fovent seu in defensionem susceperit aut in

Bonis eisdem notorium dampnum seu offensam manifestam intulit nisi infra trium
dierum spacium a tempore rapine occupacionis invasionis huiusmodi perpetrate et commisse omnia
et singula rapta invasa et occupata seu perfruita reddendo de iniuriis et dam
nis datis et offensa manifesta condignam emendam et satisfaccionem impen
derit cum eorum in hac parte complicibus excommunicacionis sentenciam incurrat ipso facto Et nichilominus
in illa seu in illis parrochia seu parrochiis de qua seu de quibus raptores
occupatores invasores dampnum dantes seu manifestam offensam irrogantes
fuerint aut in quibus larem seu habitacionem suam habuerint seu habere consueverint
Et ad quam seu quas res et bona predicta sic rapta invasa et occupata
ad conservacionem earundem deducta ac in ipsis detenta fuerint quousque ad resti
tucionem et satisfaccionem plenariam Alia quoque loca quecumque alia ad que prefati rap
tores invasores et occupatores detentores Conminatores dampnum dantes
aut offensam predictam inferentes cum eorum complicibus pervenerint seu alter eorum
pervenerit et quamdiu in eisdem locis seu eorum aliquo moram traxerint seu fecerit
ipso facto ecclesiastico subiaceant interdicto Et qui excommunicatus ab aliis est vitandus
decernimus quod si predicti raptores invasores occupatores dampnum dantes seu
offensam inferentes cum suis complicibus de aliena seu alienis diocesibus
fuerint seu alicuius earum fuerit Episcopus loci de quibus dicti raptores et alii pre
fati fuerint vel ad quas confugerint exhibita vel constitucionis presentis et laudi
communis recepta si opus fuerit ab Episcopo loci vel iniuriam passo informa
cione sufficienti teneatur huiusmodi raptores invasores occupatores et dam
num dantes cum eorum complicibus excommunicatos per se et suos subditos
publice nunciare et in parrochiis et locis predictis prout superius exprimitur
interdictum ecclesiasticum facere inviolabiliter observare

Cum ad ea que frequencius accidunt iura debeant adaptari et raptus virginum
et mulierum in plerisque partibus frequencius attemptatur precipimus et mandamus
firmiter observari quod in vestris synodis vestris subditis precipiatis in virtute
obediencie ne quis ecclesiastica secularisve persona audeat a rapta virgine
vel muliere requirere an consenciat in raptorem vel in eum cuius nomine ali
qua constitit esse raptam alioquin consensum requirere dicimus non teneri donec
in propriam parentum et amicorum redierit potestatem vel per eum stetit quominus
redire potuit Contrarium facientes si clerici fuerint ab officio et beneficio ad arbitrium
suorum superiorum suspendantur et aliis penis iuris canonicis sanctionibus Si lai
ci fuerint pene ad arbitrium iudicis castigentur
Statuimus quod ad bona decedencium Episcoporum seu Electorum et aliorum inferiorum
Prelatorum secularium seu Religiosorum Monachorum vel aliarum ecclesiarum
vacancium nullus laicorum quicumque et cuiuscumque excellencie condicionis vel

Statutis manus suas extendi faciat vel permittat bona huiusmodi auferendo
aut etiam occupando occasione interpretationis vel alio quovis praetextu Et
si quis contra constitutionem huiusmodi venire praesumpserit ingressum ecclesiae
et perceptionem seu participationem sacramentorum ac etiam collatorum ipsi nominatim
interdictus subiaceat aliis poenis praedictis et aliis constitutionibus nostris expres-
sis subiacens etiam in bonis quibuscumque tam novis quam antiquis nominis

De usuris

Usurariorum pravitate qui plerumque mercatorum formam imitantur dum sub
mercaturis velamine diversis adinventis fraudibus plus sibi contrahentes
detrimentis quam illi qui nullo quaesito colore directe mutuant usuras de
tempore recipiunt. Et ne etiam nobis ignorantiam simulatam causam habeant possint praetendere
et suos errores decreto synodalis temporibus excusare declaramus et definimus
Quod cum usura tantum committatur in mutuo, mutuum autem tantum in hiis rebus consistit
quae determinantur numero pondere vel mensura, non solum qui rem huiusmodi eo
pacto vel principaliter ea spe mutuat ut aliquod emolumentum temporale ultra
sortem recipiat quantumcumque sit parvum sed etiam si fructus seu proventus rei
pignoratae in sortem non computantur ad pignus mutuans usurarius est
censendus Sed et illi qui emere quaecumque quae venditionis tempore cum certi-
ficatione minus valet et quod tunc venditum erat carius vendiderit so-
lutionem pretii differens carius, et qui statim solvunt pretium contractusque rei emptae
pro minori quam tunc valeat licet causa eiusdem rei traditionem dilata ad tempus
in quo constat eandem rem plus valere usurarii sunt censendi Et quod tales
probatio per nos ad notitiam dioecesanorum vel eorum officialium perveniunt ut per eos
ad restitutionem usurarum ipsi vel eorum heredes districtione canonica compellantur
Confessores autem in foro animae tales ad restitutionem inducant efficaciter si periculum
animarum dampnationis cupiunt evitare Sane si quis in illum errorem inciderit
vel pertinaciter affirmare praesumat exercere usuras non esse peccatum velut haereticus condempnetur
Praecipimus autem plebanis curatoribus ac illis qui habent quod saltem bis in anno
videlicet prima dominica Adventus et Quadragesimae statutum praesens fidelibus
exponant vulgariter ac eos salutaribus inducant monitis ut abstineant a contractibus
et fraudibus usurarum et innotescat omnibus et eis in remedium peccatorum suorum
iniungatur ut ipsi in nostro seu suffraganeorum nostrorum consistorio usuras
aliquo de praedictis modis solutas repetant vel si non potuerint sibi solutas
promiserint et a promisso se subtrahant praesentis constitutionis suffragio se de-
fensuri

Iniquam voraginem usurarum quae animas devorat et facultates exhaurit utriusque
testamenti pagina condemnat et demum constitutionem sanctorum patrum Lateranensis

Lugdunensi et Viennensi conciliis prodite sub divine maledictionis in-
terminatione ac diversis et aggravatis penis prohibeant et interdicant, nonnulli tamen
tam spirituales quam seculares nostre provincie irretitum laborantes avari-
ciarum in detrimentum aliis licitis negociis pretermissis illicite exercent usu-
ras Nos quoque attendentes quod maliciis hominum non est aliquatenus indul-
gendum hoc sacro approbante concilio prohibemus ne decetero quisquam cuiuscumque
status gradus condicionis et preeminencie existat, exerceat usuras
Et si qui tales manifesti usurarii reperti fuerint statuimus et mandamus ut
contra illos per ordinarios loci et parrochialium ecclesiarum rectores iuxta vim
et formam dictorum Lateranensis Lugdunensis et Viennensis statuta conciliorum
procedatur modo qui sequitur videlicet, Ut ab eis manifestis usurariis nullus
omnino obligaciones oblaciones recipiat nec ad communionem altaris ad-
mittat nec si in huiusmodi peccato decesserint recipiat ad ecclesiasticam sepulturam
Qui autem contra premissa fecerit ea que receperit restituere compellatur Et donec
secundum ipsum aut sui diocesani arbitrium satisfecerit ab officii sui maneat
ac execucione suspensus, Illos autem qui resipiscere non curaverint a peccato eorundem
excommunicatos publice nunccient donec ad gremium sancte matris ecclesie revertantur
post restitucionem eorum que male extorserint per usurariam pravitatem, Si ad resti-
tucionem omnium eorum non suppetunt facultates vel si in toto solvendo non fuerint
prius restituta ea ad quam sufficient porcione de reddendo residuo sufficienter
tempore sufficienter caucionem adhibeant eis vel eorum heredibus si extant ex
quibus extorserint usuras Si vero non extant pauperibus vel piis usibus
iuxta ordinarii archidiaconi plebani sui vel confessoris ydonei si summa ducatorum
quinquaginta Hungaricalium non excedit Si vero excedit diocesanorum suorum satisfaccionem
ydonea vel caucionem de toto aut residuo ut premittitur prestito ab eisdem diocesanis
archidiaconis vel confessoribus et plebanis ipsorum absolucionis beneficium con-
sequantur et hoc idem in rebus vagis et male ablatis vel acquisitis decernimus
observandum Ut si usurarii predicti spe finalis penitencie et absolucionis extreme claves
ecclesie penitus contempserint et temere sustinuerint anathema seu in extremis ab-
solui pecierint non prius est eis absolucio impendenda nisi prius sub proprio
iuramento cuncta male extorta restituant dummodo tamen in propriis bonis mobilibus et
immobilibus habeant quibus restituere valeant universa vel saltem refundant inquantum
eorum se extendunt facultates, de reliquo refundendo et satisfaciendo loci or-
dinario vel eius vicario aut saltem rectori parrochie sue sanitate recepta
et rerum nacta copia dederint fideiussores ydoneos, quod si fideiussores tales
non extiterint et in eis appareant vere penitencie signa sub forma prescripta
recepta proprio corporali prestito iuramento admittantur ad penitenciam et eukaristie

Sacramenti Sed in penaz tam diutini contemptus clavium ecclesie ac ad terrorem
aliorum negetur eis extrema unctio et ecclesiastica sepultura nisi forte suadente
causa legitima hoc nobis vel nostris comprovincialibus Episcopis ex gracia
contingit indulgeri Ad que eciam ultima consequenda non sufficiat previum incendium
et penitencie signa si heredes male adquisita restituere minime sunt parati Sed forsan
sibi condicione vel pro parentibus filii nolunt premissas exhibere cauciones
vel ad uxor pro marito aut maritus pro uxore similia facere detractaverit
addicientes quod si usurarii manifesti per mensem unum tempore in excommunicacione
perduraverint extunc uxoribus et filiis ac eorum familiaribus et mancipiis omnia
sacramenta et eucaristia subtrahantur Baptismate prolorum et penitencia mori
encium dumtaxat exceptis Si quis autem Religiosus vel secularis clericus exemptus
vel non exemptus manifesti usurarii fuerit corpus in ecclesia vel cimiterio
aliter quam superdictum est ausu temerario sepellire presumpserit ipsum decernimus
sicut in Vienensi concilio decretum est ipso facto sentenciam excommunicacionis incidisse a qua
non prius absolvatur nisi diocesano cui premissa fuerit iniuria irrogata
satisfaccionem exhibuerit competentem Verum quia manifesti usurarii censeri debeant
apud nonnullos in dubium veneratur Nos presenti sinodali constitucione
illos manifestos usurarios declaramus qui publice et probabiliter exercent usuras
Bancos publicos tenentes causa mutui dandi ad usuras aut decem [illegible]
mutuat et undecim vel usure precipiunt vel si fructus seu proventus
rei pignorate in sortem non computant et de hac quorum coram ecclesiastico iu
dice convicti vel confessi sunt seu evidencia facti eorum tanta sunt quod nulla
tergiversacione eorum pravitas celari possit vel aliquatenus occultari

De Sortilegiis

Excommunicamus et Anathematizamus omnes Sortilegos qui per invocacionem
demonum vel alias sua sortilegia exercent firmiter prohibentes ne ab aliquo
quam a suo Episcopo nisi forte in mortis articulo absolvantur Ceteri vero Sortilegi
per presbiteros proprios penitencia condigna imposita absolvantur Et hanc excommunicacione
Sinodalem bis in Anno in prima scilicet dominica Adventus et Quadragesime per sacerdotes
in eorum ecclesiis et capellis precipimus publicari

De Clerico excommunicato ministrante

Cum scriptum sit in lege domini quod quicumque non obtemperasset Sacerdoti ex castra po
situs lapidabatur a populo aut gladio cervice subiecta expiabat contemptum et in
primitiva ecclesia inobedientes eiecti de ecclesia rabido ore demonio trahebantur
Consulti enim sacerdotes censuram ecclesie contempnentes excitati vel suspensi a prelatis suis

Negentibus cultis eorum immemores quod Episcopis et prelatis clavium celorum sit collata potestas attentare sibi interdicta ministeria non verentur cum quos volunt rigorem ecclesiasticum exercere Statuimus igitur quod clerici qui excommunicati suspensi aut interdicti in officio suo ministrant ut prius clericis sine spe restitucionis ab officiis et beneficiis deponantur et infames ac detestabiles sint ut de cetero nullatenus ad ecclesiastica beneficia admittantur nisi per primam approbatam et conversationem laudabilem sedis apostolice graciam meruerint optime

De privilegiis et privilegiatorum excessibus

Preterea Statuimus ne Religiosi cuiuscumque ordinis vel religionis existant privilegiati fines suorum excedant privilegiorum cum privilegium mereatur amittere qui concessa sibi abutitur potestate Si qui etiam Religiosorum per donationem vel alium legittimum titulum incorporatam aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum adquisierit talia beneficia propria temeritate suis personis non usurpet sed ipsis presentibus ydoneos presbiteros ad ea presentet alioquin elapso tempore a iure statuto loci ordinarius prout ecclesie expediat providus instituat. Si quas etiam ecclesias parrochiales infra quarum limites grancias et ministeria habuerint terras agros prata vel vineas aut alia bona de quibus iure decimam solvere tenentur in decimacione defraudaverint omnes ipsos et opes opem vel operam in premissis dantes et ipsorum fraudis intendentes decernimus ipso facto excommunicationis sententiam incurrisse

De iniuriis et clericorum percussoribus

Et quia de prelatis et canonicis ac ceteris clericis conviciatoribus et percussoribus per predecessorum nostrorum concilia seu statuta nulla certa forma vel pena preter eam que iure communi comprehenditur invenitur expressa Nos attendentes quod plus timeri solet quod specialiter iniungitur quam quod generaliter imperatur approbatione tamen huius concilii iudicio duximus statuendum ut prelatum vel canonicum qui sue ecclesie prelatum vel canonicum in Capitulo vel extra verbis opprobriosis vel contumeliosis affecerit manifeste per quartam partem anni a consorcio sui Capituli et perceptione distribucionum cottidianarum que aliis accreverint ipso facto sit exclusus Ad cuius quidem statuti et pene execucionem Capitulum infra quindecim dies sub pena suspensionis ab ingressu ecclesie teneatur Si quis autem prelatorum canonicorum in predictis etiam citra sanguinis effusionem manus iniecerit temere violentas penas per predictas dupliciter puniatur propter vulnere vero huiusmodi persone vel aliquo predictorum illato etiam si nulla membri mutilatio ex tali vulnere fuerit subsecuta sine omni remissione per predictas penas quadruplicatas puniatur Insuper in utroque casu iure sui

diocesani arbitrium leso satisfaciat competenter ac de restitucione predictorum assequatur. Sed si per temerariam membri mutilacionem excesserit beneficio ecclesiastico quod in eadem ecclesia ~~ex~~ optinet sit privandus. Salvis tamen aliis penis in sacris canonibus contra temerarios violentarum manuum in clericos iniectores expressis salvis eciam aliis iuribus que vim repellere vi permittunt.

De penis

Crescente quottidie malicia perversorum et in deteriora seculo declinante cogimur ex preteritis casibus futuris periculis obviare vestigiis virorum [illegible] inherentes sanctorum constitucione synodali ut si unquam rex princeps vel quivis alius cuiuscumque condicionis status vel eminencie existat Archiepiscopum vel Episcopum comprovincialem iniuriose vel temere percusserit aut ceperit seu captivaverit vel hoc mandaverit fieri aut facta ab aliis rata habuerit vel socius fuerit facientis aut consilium dederit in hiis vel favorem seu scienter defensaverit ultra penam sententie excommunicacionis quam ipso facto incurrit statim in tota provincia cessent divina officia ipso facto nec exhibeantur in ipsa alia ecclesiastica sacramenta preter baptisma parvulorum et penitencias morientium ecclesiastica sepultura specialiter interdicta. Et si vero quod absit occiderit bona ipsius mobilia et immobilia ecclesie eius perpetue applicentur. Et si minor prelatus ecclesie captus vel occisus fuerit in toto archidiaconatu in quo scelus patratum est. Si vero plebanus aut presbyter seu clericus in sacris ordinibus seu secularis vel regularis fuerit in decanatu rurali vel Archipresbiterali sede. Si vero alius clericus in minoribus constitutus · locus ille et parochia loci illius ecclesiastico interdicto. De cetera vero pena relinquitur arbitrio ordinarii quo ad interdictum ponendum et interdictum huiusmodi constitucionis prelatum ab omnibus firmiter observetur nec aliquatenus nisi ab ipsa synodo vel a metropolitano suffraganeis requisitis pro maiori prelato scilicet Archiepiscopo vel Episcopo comprovinciali / pro minori vel clerico diocesano congrua satisfactione premissa per diocesanum sinodum relaxetur. Et ne malefactores huiusmodi per similia pericula fraudulenter proveniant et optineant se absolui Statuimus ut nonnisi in evidenti articulo mortis satisfactione premissa tamen ipsum absolucionis beneficium valeant optinere vel saltem caucione prestita ydonea de satisfaciendo infra mensem alioquin in eandem sententiam incidant ipso facto. Statuimus eciam ut tales malefactores omnibus innotescant ut eo amplius confundantur quod tempore talis interdicti pulsu sono premisso tabule omnibus diebus dominicis et festivis ad ecclesiam convocatis ubi festa et ieiunia populo indicantur et excitacione facta et causa interdicti exposita

Malefactores huiusmodi ter pulsatis campanis et candelis extinctis excitati
publice nuncient convenientibus illuc et excommunicatos vitantibus xxx dies
indulgencie concedent. Verum si clericus vagabundus in furto vel
alio recenti maleficio deprehendatur et habeatur de fuga suspectus ex
hac mea generali licencia quam presentibus impartimur secularis potestas sub testi
monio tamen clericorum et si comode haberi poterit vel alio fidedigno ma
lefactorem huiusmodi poterit capturare. Ita tamen quod primo ecclesiastico iudici presentetur
iuxta tradiciones sacrorum canonum puniendus

De penitencijs et remissionibus

Doceant maxime ante Quadragesimam sacerdotes ut omnes utriusque sexus
christiani postquam ad annos discrecionis pervenerint omnia sua peccata fideliter
confiteantur peccata saltem semel in anno proprio sacerdoti. Iniunctam quoque sibi
penitenciam studeat pro viribus adimplere. Si quis autem iusta aliqua de causa
voluerit confiteri sua peccata licenciam prius postulet et optineat a proprio sacerdote
cum alienus enim non possit absolvere vel ligare. Sacerdos autem sit cau
tus et discretus ut more periti medici superinfundat vinum et oleum
vulneribus sauciati diligenter inquirens et peccatoris circumstancias et peccati.
Caveat autem omnino ne verbo aut facto signo vel aliquo modo prodat aliquatenus
peccatorem. Si autem prudenciori consilio indiguerit illud absque ulla expres
sione persone caute requirat. Nam qui peccatum in penitenciali iudicio sibi dete
ctum presumpserit revelare non solum a sacerdotali officio decernimus depo
nendum verum eciam ad agendam penitenciam in artum monasterium detrudendum

Consulimus eciam et monemus ut sacerdotes passim et indistincte missas
non iniungant confitentibus sed cupiditatis notam fugientes in hac
parte sciant quod ex tali iniunctione solet sacerdotibus provenire precipiat pau
peribus erogare. Ad audiendas quoque confessiones communem locum sibi
eligant sacerdotes ut possint communiter videri et non in locis obscuris absconditis
vel absconsis. In qua quidem confessione habeat sacerdos vultum humilem et
oculos in terram fixos ne inspiciat et frequenter faciem inspiciat confitentis
et maxime mulieris sed pacienter audiat quicquid dixerit in spiritu lenitatis
et ei pro posse suo et pluribus modis suadeat ut confiteatur integre
Unde si aliter dicatur confessio non valebit. In confessione caveant sibi
sacerdotes ne inquirant nomina personarum cum quibus peccaverunt
penitentes sed circumstancias tantum que possunt aggravare peccatum

Cum experientia certa didicimus pro fornicatione vel etiam peccatis maximis fere nullas vel minimas penitentias penitentibus iniungi a sacerdotibus ignorantibus seu negligentibus canonica instituta, precipimus igitur quod sacerdotes studeant inquirere diligenter et peccata usitata circumstantiis usitatas precipue nequitie gule luxurie et cupiditatis quibus genus humanum totum inficitur et defedatur

Statutum est concilio generali et districte iniunctum medicis corporum ut cum eos ad infirmos vocari contingat ut ipsos ante omnia moneant et inducant quod primis invocent medicos animarum ut postquam infirmo fuerit de spirituali salute provisum ad corporalis medicine remedium salubrius procedatur. Cum autem anima sit multum preciosior corpore sub interminatione anathematis prohibemus ne quis medicorum egroto aliquid pro corporali salute suadeat quod in periculum vergat animarum

Et quia plerumque infirmus sua peccata confiteri propter instantem penam erubescit id a sacerdotibus discretissime suadendo observari ut plus familiariter et secrete audiat confessionem infirmis si mortis periculum non obsistat et postea ei conferat eucharistiam salutarem

Licet fratribus predicatoribus et minoribus sit a iure permissum ut certis persone sufficientes ydonee vite probate discrete modeste atque perite per eorum certos superiores electe et presentate diocesanis locorum in civitatibus et dioc. de ipsorum petenda licentia gratia vel beneplacito confessiones sibi confiteri volentium audire valeant et imponere penitentias salutares ac absolutionis beneficium impendere possint. Cum tamen inveniantur omnes dummodo sint presbiteri etiam non presentati episcopo audiunt confessiones singulorum in dampnum suorum et sibi confitentium periculum animarum ne per errorem huiusmodi anime subditorum nostrorum periclitentur decreto hoc sacro approbante concilio omnibus rectoribus ecclesiarum nostrarum dioc. et provincie sub ... inhibemus ne parrochianos suos permittant certis fratribus confiteri dumtaxat illis qui patentes litteras diocesani episcopi pro ipsis confessionibus audiendis nominatim fuerint deputati. Quas quidem litteras de cancellaria nostra et suffraganeorum nostrorum gratis et sine solutione pecunie aliqua ipsi fratres habent recipere et eas rectoribus ecclesiarum debent presentare qui rectores ad registrum ipsorum formam teneantur in suis ecclesiis eas publicare. Unde si quis fratrum sibi ipsis ut premittitur electis et presentatis sine causa vetuerit audiendi confessiones licentiam exhibere extunc fratres ex speciali concessione id faciendi habeant

liberam facultatem In illo vero casu circa absolutionem maiorem auctoritatem habeant quam presbiteri, nisi episcopus vel ~~senior~~ superior quod pro ipsius utiliorem gratiam specialiter duxerit concedendam, nec etiam possunt dicti fratres seu quivis alii Religiosi clericis vel laicis sine speciali licentia parochialis presbiteri ministrare alia sacramenta Et qui contrarium faciunt excommunicationis sententiam incidunt ipso facto

In ecclesiis quoque parochialibus dicti fratres non possunt nisi de ipsorum rectorum beneplacito et assensu predicare verbum dei Cum autem fratres ipsi diebus festivis in domibus suis in mane predicationes faciunt non eas intantum protrahant quod plebes ad predicationem et summam missarum parochie sue in qua tenentur interesse negligant horam debitam veniendi nec parochianos in suis sermonibus detineant nisi forte demorum sanctarum festivitates indicant nec girando per ecclesias et earum ambitus populum aqua benedicta aspergant aut cinerum vel frondium palmarum quibus benedictionibus se occupant cum talia in parochialibus ecclesiis se de iure et antiqua consuetudine se peragant. Non impediant etiam dicti fratres per suas predicationes stationes et processiones sollempniter quas observat ecclesia generalis

Nimia frequentia in penitenciis iniungendis quidam casus exigunt quod propter ignorantiam sacerdotum expediri non possunt et qui absolutionem et dispensationem episcopalem requirunt Ideo salubriter duximus statuendum quod quilibet episcopus eo quod propter occupationes multiplices eius copia quilibet haberi non potest unum ad minus penitentiarium penes se habeat honestum providum et discretum ac in quibus aliud vel alios instituat in ecclesia sua cathedrali ut saltem ad ipsorum alterum in huiusmodi casibus habeatur recursus quod etiam in illis casibus in quibus episcopo dispensandi pariter et absolvendi optinet facultatem ipsorum auctoritate dispensent et absolvant Archidiaconi et archipresbiteri et plebani suis subditis presbiteris in penitentiali iudicio districte iniungant ut in casibus memoratis suo mandato sive consulti existant criminis recursum habeant ad penitentiarios supradictos opportunum ab eis consilium requirentes In furtis usura rapina et fraude ante omnia iniungant penitentibus ut si possunt ablata restituant alias nichil eis valebit satisfactio ad salutem cum non dimittatur peccatum nisi ablatum restituatur

Casus Episcopales

Statuimus ut sacerdotes in confessionibus et in satisfactionibus iniungendis maiora maioribus reservantes mittant ~~eos~~ ad episcopos penitentes per ipsos episcopos

Absolvendos omnes blasphemos in opprobrium Dei beate Marie et sanctorum, homicidas facto opere casu consilio et auxilio, filiorum oppressores, iniectores manuum in parentes sive in clericos vel quoscunque religiosos, sacrilegos ecclesiarum et cimiteriorum effractores et violantes, symoniacos, scismaticos, hereticos, apostatas, sortilegos, divinatores et qui ad eos accedunt ut premissum est, et qui sarracenis aliqua malefitia commiserint vel auxilium aut consilium vel favorem prestiterint, litterarum, sigillorum, monete seu mensurarum falsarios, periuros sollempnes, incestuosos cum consanguinea vel affini vel cum ea que votum emisit, et detestabile peccatum contra naturam committentes vel cum brutis vel cum monialibus rem habentes, adulteros, maleficos qui maleficia inter coniuges faciunt vel procurant ne coire possent vel sterilitatem mulierum vel aborsum, qui bis se baptisari vel confirmari permiserit et qui intersunt scienter, qui sine prima tonsura aliquem ordinem sacrum vel per saltum susceperit, qui cum iniuria et conscientia consilium sive auxilium in aliquo prestiterit unde mors hominis vel mutilatio secuta est membrorum, vel qui in huiusmodi scienter actionem consilium sive causam dederit, qui litteras dictant scribunt legunt vel ad hoc aliquod auxilium prestiterunt ut aliquis iniuste mutiletur, et clericos qui suspensi vel excommunicati sunt prenotati et divina celebraverunt, sacerdotes quoque in quorum negligentia aliquid inhoneste tractata sacramenta altaris quocunque eveniunt, in huiusmodi peccatis et pluribus detentos mittant sacerdotes ad episcopos absolvendos, nec eos absolvant nisi in mortis articulo absque licencia episcopi speciali, declarantes quod illi quibus duxerimus talem absolucionem committendam, potestatem illam aliis propriis non habeant committendi. In dubio autem consulat episcopum vel eius vicesgerentem vel alios sapientes quorum consilio penitentem absolvat vel transmittat ad alium absolvendum. Sed hiis et omnibus supradictis preterquam illis qui pro violenta manuum iniectione in personas ecclesiasticas canonis late sententie inciderunt, quos episcopus absolvere non potest, et pluribus irregularibus exceptis qui excommunicati divina celebraverunt, quorum dispensatio ad summum spectat pontificem, per nos vel alios episcopos de absolucionis beneficio poterit provideri.

De indulgenciis

Clerici quidam per indiscreta et superflua indulgenciarum concessiones claves ecclesie contempnibiles redduntur et penitencie et satisfactio enervatur, non advertentes quod Romanus pontifex qui plenitudinem obtinet potestatis in hoc tamen moderamen consuevit observare qui capella sua propria solita celebrans vel predicans interessentibus contritis et confessis ad maximum preter annos indulgencias centenas tantum largitur. Ne igitur per temeritatem huiusmodi simplicitati fidelium decepta in premissa inductionem cominus cum dedicatur basilica non extendantur indulgencie

Ultra annu sive ab uno solo sive a pluribus epis dedicetur
In anniversario vero dedicacionis tpe quadraginta dies de iniunctis pe
nitenciis indulta remissio non excedat et similit qui ex aliis racio
nabilibus causis per litteras suas epus huiusmodi remissiones suis subditis
volunt indulgere xl percipiet alienis nisi ut ipsi uti possint ei ipsi indices
spaliter duxerit indulgendum Huic eciam statuto necnon duximus annectendum
Ut nullus clericus secularis vel religiosus exemptus vel non exemptus
in sua ecclesia seu monasterio indulgencias preterquam diocesani potestates litteras
suas approbate publicare et concedere presumat Nam frequenter in diversis
ecclesiis sive locis multorum annorum et carenarum indulgencie sub nominibus
summorum pontificatus et eciam episcoporum ignotorum conceduntur que propter
nimium excessum de falsitate suspecte sunt vehementer Et propter hoc huiusmodi
indulgenciarum littere per diocesanum examinari due tamen interest ne ipsi
subditi ex spe quam ad huiusmodi mendosas et falsas indulgencias op
inerit ab agenda condigna pnia retrahantur nisi epus ex aliqua causa rationabili
aliud duxerit faciendum

Si epus suo subdito ut possit sibi ydoneum eligere confessorem licencie
que ius elegit in casibus qui eidem epo spalit reservantur nullam habebit
penitus potestatem nisi hoc in concessione spaliter exprimatur cum in cuiuslibet
concessione illa non veniat que non esset quis verisimiliter in spe concessurus
Nulla preterea consuetudine introducti quod ab alter sui superioris licencia con
fessorem sibi eligere valeat specialem qui eum possit solvere vel ligare

Cum secundum statuta canonica ultimo deputandis supplicium negari si
petat non debet penitencie sacramentum abusum damnabilem in quibusdam partibus quem
hoc introductum abolere omnino volentes universaliter omnes et singulos spirituales ut
ab huiusmodi desistant abusu hortamur in domino obsecramus per viscera misericordie Jesu
Christi
locorum insuper ordinariis iniungentes ut eos ad hoc cum primum poterint
diligenter monere et si necesse fuerit ecclesiastica censura compellere non obmittat

De sentencia excommunicationis

Statuimus et presenti concilii auctoritate inviolabiliter precipimus observari
Ut in suspendis suis per iudices ius commune teneatur et presertim
capitulum Sacro de sen excommunicationis
Si epus aliquem excommunicat ex certa causa denunciet vicinis epis per su
as patentes litteras ut excommunicatum faciant denunciare et tunc sine difficultate
aliqua vicinum excommunicatum faciant publice nunciari et in diocesibus suis
epi

Arctius evitari. Si vero episcopi in hoc fuerint negligentes vel excommunicatum non
excommunicaverint, tamdiu cathedralium ecclesiarum canonici sibi non communicent
quamdiu huic statuto salubri presumpserit obviare.

Statuendo durimus quod nullus excommunicatus a domino papa aut a quocumque ordinario
vel delegato auctoritate huiusmodi absolvi debeat nisi forte in mortis articulo con
stitutus, quia tunc excommunicatus huiusmodi etiam a simplici sacerdote et in forma
ecclesie potest absolvi. Forma autem ecclesie hec est. Contra excommunicatus pro contuma
cia prestito iuramento quod ecclesie et illius qui eum excommunicavit parebit
mandatis et expensas taxandas restituet, potest in tali casu absolvi.
Si vero pro offensa vel iniuria illata excommunicatus fuit tunc prestito iuramento
ut supra et ad omnia debet reverenter parere et iudicibus seu boni viri
arbitrio satisfacere de offensa. Quod si ille vel illi pro quo vel quibus huiusmodi
sententia lata fuit, cui vel quibus est de offensa satisfactio exhibenda,
forsitan absque insinuati periculo inveniri aut haberi non possit, nichilominus
sacerdotis et honorum arbitrio pareat sicut premissum et ipsorum arbitrio pecuniam
pro satisfactione illius quem offendit in ede sacra vel penes honestos
deponat. Quod si facere non possit, fideiussores idoneos ponat. Contra si forte
horum nil facere possit, precipiat sibi absolvens sub debito prestiti iuramenti
quod infra mensem proximum sicut restitutus fuerit penam sui excommunicatoris
adibit et pro causis pro quibus excommunicatus fuerat sive extitit ecclesie et
iudicibus reverenter parebit mandatis. Si vero aliter quam ut tantum pre
dictis excommunicatum non servata in suis temporibus forma prefata absolvere pre
sumpserit, ad dampna et interesse excommunicati et adversario vel eius heredibus
teneatur. Et nichilominus alias per dyocesanum vel alium prelatum seu per
superiorem suum acriter arguendus.

De hiis qui in sententia excommunicationis induraverint

Cum quorundam perversorum claves ecclesie contempnencium intantum
excreverit ut per eorum obstinatam maliciam ecclesie videatur auctoritas vili
pendi, cum excommunicationis sententiam in se per manifeste et notorie causis
rationabiliter prolatam in suarum animarum periculum et plurimorum scandalum
diu sustinent pertinaci, non attendentes quod tanto graviora sunt crimina quanto diu
tius infelicem animam detinent alligatam, propter quod huic morbo venenato
quantum possumus volentes adhibere medelam, Statuimus ut quicumque excommunicati
ex iusta causa modo predicto in se latam, propter quod huic morbo infra
spacium sex mensium a die prolate in eum sententie computandum non satis
fecerit, mandato ad arbitrium excommunicatorum pro huiusmodi pena primaria puniatur.
Si vero in ea infra spacium unius anni obstinatus durare presumpserit

Perdurare anno elapso d(omi)n(u)s ipsius t(em)p(or)alis sive supremus sive heredi
tarius bona ip(s)ius mobilia et immobilia teneatur confiscare in usus
pios convertendo Et si d(omi)n(u)s ip(s)e in his exequendis negligens inventus
fuit aut remissus ad idem exequendum per loci dyocesanum eccl(es)iastica cen
sura compellatur

Quorum corpora tempore interdicti in cimiterio sunt sepulta

Item in quibusdam locis ut accepimus intantum excrevit temeritas et
presumptio laycorum quod si aliquid auctoritate ordinaria seu delegata in ter
ram villam aut castrum interdictum generale ponatur idem laici officium sa
cerdotum immo quod tamen hiis est prohibitum usurpare conantes ut e
cclesiastica per hoc magis censura elidatur apud loca taliter interdicta
sepellire presumunt in cimiterio corpora defunctorum licet aut contra
presumptores huiusmodi iure communi sit provisum Et tamen per illos com quod
interdictum ponitur antequam satisfactum frequenter in pactum deducitur ut
tamen pena ab ordinario seu delegato ante omnia simpliciter remittatur
Ne forte huiusmodi delinquentium temeritas hac occasione impunita remaneat et per
hoc ceteris detur audacia similia presumendi sacro approbante concilio hac
Statuimus et mandamus ut quicumque in antea in cimiterium loci interdicti
aliquod corpus seu corpora defunctorum fuerint sepellire presumpserint excommunicacionis
incurrat sententiam a qua non nisi solum per metropolitanum vel dyocesanum
aut cui super hoc suas commiserint auctoritates absolvantur Metropolitanus
vel eius dyocesanus aut eorum in hac parte vicarius nequaquam ad impen
dendum talibus beneficium absolucionis procedat nisi prius sepultis talibus
corporibus exhumatis et locis reconciliatis et ecclesie ac personis quibus
ex hoc iniuria dinoscitur irrogata satisfactione fuerit competenter Et statim
cum in ecclesiis parrochialibus vel in aliis prout iura premittitur denunci
ati fuerint nominatim mox ab omnibus tam exemptis quam non exemptis debent
evitari nec excusare se quis hoc scire teneri credat se per ignoranciam excusari
cum talibus denunciatio publica neque possit neque valeat singulorum auribus
intimari

De regulis iuris verborum significatione

Intelligencia verborum ex causis dicendi assumenda est verba intencionem de
serviat ea que dicta sunt in voce earum que in alia passione note sunt
In omni sermone ad communem verborum intelligenciam recurrendum est

De regulis iuris

Ceterum primum regulis et
statutis quibus clarius regatur vita vestra et fiat ut fiat et faciat quod acceptum est
deo etc.

Acta sunt in Choro Ecclesie Collegiate in Calisch
Gneznen dioc Anno a natiuitate domini
M° cccc xx Indictione xiii Pontificatus Sanctissimi
in xpo patris et domini nostri domini Martini su
perna prouidencia pape quinti Anno tercio die
Mercurij xxv Mensis Septembris hora tercie
vel quasi Presentibus reuerendis in xpo patribus dominis
Alberto Crac Jacobo Ploczen et Andrea Poz
nanien Episcopis Necnon venerabilibus et egregijs vi
ris dominis Clemente Abbate Monasterij de Mo
gilna ordinis Sancti Benedicti Stephano Palecz
Calisien Nicolao Penzer Sandomirien sacre
Theologie professoribus Nicolao de Kyth Gnezn
Archidiacono Stanislao de Scarbimiria Crac Petro
Wolfram Vladislao de Oporow decretorum
doctoribus Gnezn ecclesiarum canonicis multis quoque
alijs prelatis et Canonicis tunc in Sancta prouinciali
Synodo in Spiritu Sancto legittime congregatis

Absenti Queritur

Actio ex contractu per patrem ce
lebrato etia si filius cuius nomie
contrahitur sit naturalis tantu du
modo filius ratificet contractum
et hoc est verum de equitate ca
nonica etiam si contract' fuerit
celebratus per eplam patri et no filio tnsmissam
no. Rota conclusion 282 Et vide sub vbo electio
§ presumitur § sma § pris stipulacio gratia § gracia
per quam quis fit |

Absens in servicio pape an heatur pro pnte et reside
te. Dic q sit ut in c. cu dilectus de cle. no resi. Et
idem in absente in servicio Epi vel Ecclie ut patet e. ti
Ex parte ij et c. ad audiam Vide Jo an de consue
c. si li vi. in novella Et qd ibi no. domi de sancto
gemi. qui dt q sit extensio de casu vero ad fictum
sicut e in c. ad audiam et c. ex pte ij de cle. no resi.
licet ipe no alleget. et ista etia fuit mens Jo an. licz
per alia vba loquat' Et vide infra sub vbo pns et
i proximo §

Absens no hetur pro pnte nisi in casibus expssis in iure
quia est quedaz fictio que non pt allegari nisi in casi
bus in iure expssis no. Jo an. d' cle non resi ex pte ij
pro quo est casus in l. iij § hec vba ff d' nego. gestis
et illaz l. allegat bar. ad hoc pro singulari in l. omes
ppli vide sup' § proximo

Absenti si fit donatio nemine pro eo recipiente nllm ius
nec aliqua actio sibi adquiritur no glo C. de dona l. ut
ambigi et de sacrosanct. eccle. donatio per eplaz donatoris dire
ctam ut C. de dona l. si aliquid Sed de equitate ca
nonica dici potest q etiam pro casu valet donatio fa
cta absenti sicut dicit Jo An de denunciation' facta

Parte absente in c. Si cautio in ii colump. de fide instru
Vide super verbo stipulacio ubi de hoc in prin. Sed no
An. in addi. spe. in ti. de cessi § consequenter in prima. dicat
quod non valet donacio sive cessio ex causa donacionis vel ex
alio titulo facta absenti nemine pro eo recipiente nisi inter
ueniat nuncius vel epistola vel nisi aliquis pro eo recipiente se
quatur ratihabicio

Absenti si lex dicat aliquid adquiri debet intelligi interueniente
te nuncio vel epistola no. glo. ff de ac et ob. l. consensu Idem
no. bar. ff de procur. l. in cau. § si ex parte Vide bal. C
man. l. per diuersas in prin. question

Absens in seruicio legati habetur pro presente et censetur residens quo
ad prouinciam sibi commissam Idem in eo qui residet cum cardinali
secundum consuetudinem que seruatur secundum hos. Sed verum est secundum
Jo. an. quod omnibus cardinalibus super hoc priuilegia concedunt Sed
residens cum archiepiscopo non censetur presens ut no. Jo. an. in c. ad
dilectos de cle. non resi. Est tamen differentia an quis censeatur residens an
vero sit priuilegiatus quod in absentia fructus percipiat ac si reside
ret Primo casu habetur pro presente residens quo ad omnia
Secundo tamen duntaxat quo ad fructuum percepcionem ut no. Jo.
an. in c. si. de consue. li. vi. super verbo per alle. in nouella

Acceptacio si fiat per expectantem primo de uno
beneficio postea de alio Et non constat quod prius ac
ceptatum fuerit quia eadem die acceptata fuerunt
ambo electio est acceptantis Idem si duo beneficia
simul acceptauerit si in acceptacione protestatur quod
non vult dimittere primum ut no. ar. in xxi

relacio

Acta facta coram iudice seculari an faciant fidem
coram ecclesiastico et econtra Vide super verbo Iudex
§ Iudex ecclesiasticus et vide super verbo producere

Acta probatoria concernencia merita cause proce
dunt a parte cum sentencia ut cui preiudicaret sententia
preiudicent illa acta no. an. de iudi. at si cle
rici in principio

Acta possint probari per testes vide sub verbo probato § probari per testes possunt acta

Acta ipa sunt illa que in iudicio fiunt et ideo prima commissio de citando partem cum fiat ante iudicium non est de actis no. Jo. an. de iudi. c. i. v. examinemus. et no. Rota conclu. 372 Nam libellus si porrigitur ante citationem non est de actis no. Jo. an. e. t. v. op. 2o Item confessio facta coram iudice non tamen actu litigandi, nec litem contestandi non est ipe actus iudicialis. no. Jo. an. de iudi. at. si clerici in prin. ubi vult ex glo. sicut nec appellatio nec exploratum datio no. Ro. conclu. 338

Acta an possint per notarium recipi et scribi in absentia iudicis vide sup. verbo Notarius § notarius cause

Actorum appellationem comprehendit sententia diffinitiva ff. de re iudi. l. actorum et no. glo. i. ff. de iur. fis. l. in fraudem § neque, et ita tenet Jo. an. in addi. spe. in ti. de sen. in prin.

Actore non probante reus absolvitur etiam in beneficialibus licet ipe reus nullum ius habeat no. Ro. conclu. 321 et no. sub verbo contumax et sub verbo editio § 1

Actore non probante debet reus diffinitive absolvi et actori super petitis perpetuum silentium imponi licet reus nullam petitionem dederit no. Ro. conclu. 116 vide sub verbo reus § reus conventus et sub verbo libellus § libellus si est datus contra actore non probante

Actore non probante quandoque fertur absolutoria pro ipso actore puta quando actor possessor, et reus non possessor petunt sibi beneficium adiudicari, tunc enim quilibet est

Actor et reus Unde neutro probante absolvitur quilibet ab impetitione alterius alias stat regula, quod actore non probante reus absolvitur no. Ro. conclu. 12 Et si in casu predicto reus dedit obiectum et non probavit debet in expensis condemnari ut no. ro. conclu. 272

Actore contumace in non veniendo ante litiscontestationem debet reus absolvi ab observatione iudicii et actor in expensis condemnari premissis tribus monitionibus per audientiam et quarta ex superabundanti no. ro. conclu. 66

Si autem reus nec actor comparuit tunc licet edictum sit circumductum quo ad actum fiendum in termino citationis, tamen actore postea comparente potest de novo ad illum actum et ad alios procedi contra reum per audientiam cum dicatur si prima citatio fuit ad totam causam usque ad finem inclusive no. Ro. conclu. 338. quod procedit tam in citatione iure quam hominis no. Rota conclu. 126

Actor in causa beneficiali mortuo reo et possessore potest petere quod per audientiam ad ulteriora procedatur contra omnes quorum interest ad finem quod beneficium sibi adiudicetur et fructus sequestrati ei dentur no. ro. conclu. 180

Actor si egit super turbatione seu molestatione beneficii quod asserit ad se spectare sufficit quod probet de iure suo licet non probet turbationem quia adversarius satis turbat et impedit quando in iudicio se opponit ar. ff. de acqui. re. do. l. pomp. in fi. quod est verum si actor non possidet et impeditur ne possessionem habeat. Secundum autem si possideat dic ut no. Compos. de rescript. mandatum vi Item quod de illis et melius per bal. in l. ordinarii C. de rei ven. ubi dicit, quod si reus se opponit asserens se possidere sufficit quod eo ipso actorem in possessione turbat secus si simpliciter negeat intentionem actoris et vide per bar. ff. uti. pos. l. 1 § huius ar. et

.i. iuris et non possessionis ut lapus alle cons. lx ubi loquitur de turbatione

melius in l. si prius in v q de no op nunc. Et ibi loquitur de turbatione possessionis et primo de resti. in inte c ij in glo per monachos cita medium ubi mirum vide. Vide omnia sup verbo turbatio et infra actor agens possessorio

Actor licet nullam habeat accusationem in esse productam potest tamen iudicis secularis officium implorare quando reus locupletaretur cum aliena iactura et tunc intimato facto dicit iudex ex implorato officio per vide no. an de iudi. dilecti ij. sed an agenti. Videtur tamen quod in casu predicto non possit actio desiderare per l. si me et tinum ff si cer. peta

Agere an possit ille qui habet exceptionem contra adversarium et implorare officium iudicis ne ab eo inquietetur et coram quo iudice hoc petere debeat vide sup verbo exceptio § exceptionem quibus

Actor an possit plures actiones simul in eodem libello deducere vide sup verbo libellus § libellus potest formari et sub verbo dominus § dominus ex una causa et agere ex titulo duplicato et sub verbo renuntiatio § renuntiare videtur quis iuri et sub verbo actio in prin.

Actor si probet ius validum, sed deduxit invalidum an obtinere valeat vide sub verbo probatio in prin

Actor licet in agendo non possit pluribus iuribus contrariis uti appellando tamen et etiam replicando sicut et reus excipiendo potest iuribus contrariis uti no. bar ff de app l. expressim et de excep l. nemo in fine et facit quod no glo de re. iudi. c exceptionem in fine

Agere an possit quis ut declaretur dominus rei quam possidet vide sub verbo libellus in rei vendicatione vendicationem

Actor non potest reum coram diversis iudicibus etiam ex diversis questionibus. Et an reus conventus possit pendente iudicio trahere actorem per viam reconventionis vel contra questionis coram alio iudice vide tex in c dispendia de rescrip. li. vi. et quod ibi no. per glo. et doc.

Actor non potest reum coram diversis iudicibus etiam ex diversis. Et an

reus convent) possit penden) iudicio ut sup

Actor agens ex qdicion ex l diffamari non tenet libellu offerre, nec litem contestari nec aliud iudiciariu ordine obseruare Debet tn pete tm adusario assignari infra que doce at de iure suo, alis si no doceat postea no audit ut no. bal in dicta l diffamari C de ingenuis et bar. in l ma iorez de op li. et Jnno de offi. or. conquerente in ij glo iuncto eo q ipe no qui si sint legi lator Debet tn actor an qm tm assignari petat doce q adusarius diffamauit ut no. bal. in l ticia in si ff de actu Et si adusarius in tmo nihil pbat effertur con eu sna per qua condemnat ut decetero no infamet et sup dicta infamatoe ppetuu silen tiu imponitur sibi Non tam pnuntiatur actori q ius compete cu q id de quo fuit diffamat) ut no. bal in dca l. deffamai et Jnno in dco c cum qui sist legi Et dca sna no est diffinitiua s interlocutoria, ad qua ferenda debet adusarius solemnit citari p tria edicta alis no pt ferri dca sna ut no. bal. in dca l. diffamai An dt q est diffinitia in c cu olim d testi in penul colup in fie, et id sentit bar. in dca l. ticia, et actor agens condicon ex dca l. diffamai debz age cora iudice ipius actois no cora iudice ipius adusarij ut no. Jnno. in dco c lator sup hc vide aino sup vbo excepto v exceptoz habens

Actor si petit electom ul snaz qfmari ul infmai ul bnfi ciu ul aliaz rem sibi adiudicari An pro eo con ipm acto rez possit ferri sna ccf adiudicari adiudicatoria no da ta aqua peticon p ipm reu Jnno. tenet q sic in c. cu qtingat d offi. dele Et hosti Jo an. et d an alit distin guunt in c d qqstion d vesti spo. Jo aino vide

Actor ages possessorio tanqm spoliat) hz pbae duo sz se

possedisse et se spoliatu fore de offi dele consultacionibus
si tam probat se possedisse et adusariu nunc possidere
psumitur q adusarius actorem spoliavit ut petit an in c. sub
orta de re iudi imo eo ipso q adusarius intrudit Unde vi
convent se in iudicio opponit probar spoliacon sm Inno
in dicto c suborta, sz ibi loqu in possession qua quis pt
spoliari solo vbo et non spoliante puta in possession uel qi
subiectiois, nam eo ipso q quis negat se subiectum et dt se non
velle obedire illi cui est subiectus et de facto non obedit pri=
vat et spoliat eu qi possession subiectionis et qd videt secus
esse in possessione vera tempali corpali quia vere non pt quis
inuitus solo vbo adusarii privari Et vide sup § actor si egt

Accusator

Accusator Non debet audiri petens accusatu citari nisi
prius se inscribat qm accusatus dz venire de longinquo no.
Jo an de accu c i Et idem tenet ibi Anto. licz utiqz ibi
dicat q ipsa contrariu fet in c licz e t, spe. dt q licet
hic pt verum de iure non servat tn de consue. ut ipse no. in ti
de accu § po v ex his igit et v nec mirum

Accusatus an evitet infamia si an sntiam solvit id in quo
si condenaret infamis efficeretur Vid sub vbo infamis § infa
miam vitat

Accusator si non pt pati pena talionis dz se obligare ad
aliam pena arbitrio iudicis imponendam, si non probavit ac=
cusator no. spe. ti. de adul § i v. sz quer, et id no D
an in c sup his de accu i colum in fi

Accusator licet se non inscribat ad pena talionis dz tam
ad illam condenari, et si non probat ut no arch in q iii
c nullus § inscriptio Idem tenet Jo an in c sr his de accu
in ii glo.

Accusator regulariter tenetur se inscribere alit non te accusatus
respondere ut no. arch in q iii c nullus § inscriptio

ffallit in multis casibus quos no. hosti. in suma de accu. et qualiter procedatur

Accusator si accusat de crime civiliter an teneat' inscribe' se vide sub vbo civilis § primo

Adherens vide sub vbo testis § testis esse non pt ille qui est adherens

Adeptus Quid hic vbum importat an adeptionem iu ris vel possessionis vel utriusq vide sub vbo assecut'

Adiudicatio pt fieri michi de re mea de re ecc. non alie. c. j li vi et ibi no. Jo an

Adiunctum vide quid operatur verbum ratione ad iuncti infra sub vbo § verbum ratione

Administrator non dicit' ppe hre bnficiu nec titu lum in bnficio cuius administratio est sibi commissa sive co(m)messa ut intelligi' ex no. p Jmo. an. in cle. et si pri cipalis de in glo. sup vbo electoni d' rescrip. Et vide sb vbo dignitas § dignitas venit

Administrator ecclie cathedralis vel alti9 ecclie inferioris pt omnia facere que posset platus hns ecclam in titulo excepto iure conservator d' elec li vi. Jdo pt bnficia con ferre ut no. Jo. an. sup iii glo in novella

Adversarius mei dr ois ille qui m in libe ecia per aliud ratio adusatur qd no. ppt statuta repellentia adusarios ab accusando no. an. de iudi c. j. de no. 2o adusariu

Adulterium an pt maius delictu alus omnib vide sup vbo delictum § delictu adulterii

Advocati Confessio no nocet dno d' app. cu tm ideo per eu fit litiscontestatio si dno pnte et non contradicente

fiat ut no. an. in c. pastoralis de iudi. vide tex. et glo. de tempe. olim. vide supra verbo lex § lex sine quota legis

Advocati eorum quoque filii et nepotes an possint pro civili debito carcerari. vide supra verbo carcerari § carcerari non potest pro delicto

Advocatus an perdat ius quod habet in re super qua pro alio officium advocationis prestat. vide supra verbo renuntiare § renuntiare videtur

Advocatus an possit esse testis pro clientulo suo durante advocationis officio vel eo finito vide sub verbo testis § testificari non potest advocatus

Advocati an perdant privilegia collegii si aliquibus annis a civitate steterint vide sub verbo collegium § 2o

Alias hec dictio est exclusiva qualitatis ac defectus ac vitii prenarrati ut patet ex tex. de cor. viti. significavit

Alimenta que debentur iure sanguinis non possunt peti iure actionis sed officio iudicis no. bar. in l. si quis a liberis in princi. ff de libe. agnos. et non possunt peti pro tempore preterito sed pro futuro duntaxat ut no. bar. in l. libertis quos § 1 ff de ali. et ciba. lega. et vide sub verbo monachus et sub verbo pater

Alimenta que debentur alicui miserationis causa non possunt peti si ille cui debentur potest ex operibus suis sibi victum querere ut no. per glo. et bar. et bal. in l. si maritus in id ff. soluto ma. et talia alimenta non debentur secundum dignitatem persone sed secundum necessitatem vivendi sed Jo. de ar. et bal. in dicta l. si maritus

Alimenta que miserationis causa post mortem viri debentur ab eius heredibus uxori infra annum quo dos non solvitur ita demum possunt peti si uxor aliunde non habet unde se alat, sed post annum potest alimenta petere vi more aliunde se alere possit quia tunc petit ut interesse ut no. bal. in l. i. § tu autem C. de rei. ux. ac. et primo casu incubit onus probandi uxori, quia alia bona non habet de quibus se alere possit quia illa negativa est fundamentum sue intentionis iuxta no. per glo. bar. bal. in l. si vero § si ff. qui satisda. cog. et eodem casu quo dicitur uxor miserationis causa alimentari tenetur cum heredibus viri habitare et ibi operari si heredes volunt, et ipsa honeste habitare

pt et si no opatur debet tanto mi[nu]s pro alimentis recipe qua-
tum est p[er]tiu[m] opaz ut no bal in l. divortio in p[ri]n[cipi]o ff so
ma. imo si ope essent tales q[uod] ex eis uxor possit sibi victu[m]
quere no tenetur a qua alimeta p[re]stare ut no. sup[ra] § proximo

Aliquis hoc relatiu[m] ponit duplicez et pluralitate inter mul
tos no. Ro. conclu. 211

Alius an hec dicto implicet vide tex. de rescrip. c. sedes et cle-
non pot de procu. et cle. j. de preben. et Jo. an. de preben. cu[m]
nulli li. vi in novella. et Jo. an. in cle. j. de r[e]sp. et per
eundez in dicto c. sedes. et vide sub verbo gens

Altare portatile an possit per ep[iscopu]m alteri concedi vi-
de sub verbo missa

Alternativa materiaz alt[er]native vide plene per bar.
in l. si quis ducente § utru[m] de re. du. et l. j. et c.
Alt[er]nativa ul' disi[unctiva] ponit[ur] pro idest no. glo. in l. ij ff ad l. aqui.
Alt[er]nativa no reddit rem indubia[m] q[ua]n[do] in utranq[ue] p[ar]tez geludit in
tu[m] allegant[is] eam no. glo. in c. pia de excep.
Alternativa si cadit int[er] res electio est debitoris si cadit int[er] actioz
electio e[st] creditoris. Idez si cadit mixti int[er] res et actioz no.
bar. ff. de v. o. alibi l. stipulationes no dividuntur in p[ri]n[cipi]o et
vij § queritur
Alt[er]natis vicib[us] si quid fieri d[ebe]t paritate significat ut p[ate]z in
auc. d' alienacon. emphi. in p[ri]n[cipi]o in tex. et glo. et in cle. ij
de iurep[atronatus] ff. qu[ando] di. le. ce. l. j. in p[ri]n[cipi]o et ff de s[er]vi. l. si et
de usufructu l. quotiens in p[ri]n[cipi]o

Ambasiator qui in legacone[m] init p[ro] re publica civitat[is]
sue ul' etia[m] pro d[omi]no suo no p[otes]t durante legacon[e] conveniri de so-
compe. c. si q[uis] qualit[er] intelligat[ur] vide ibi p[er] d[omi]nu[m] et anto
Ambasiatori donata no cedunt eius lucro uel eoz quoz amba-
siator erat vide Jo. an. de app. a collacon. li. vi in glo. ultia
sup. tex. in novella
Ambasiatori an sunt restituenda d[am]na p[er] eu[m] passa si forte fuit

in itine captus vl reprobat vide bar ff de fur l si servus
qd no bal in l mt causas § ante oia ff man et per spe in
ti de iudi § spalia v illud aut et v sequi et cp no dnno et
Jo an de uiteuil statut in et Jo an in c significante de
pig et d an in c olim ubi venio ad quitid de vesti spo et
vide omnino bart in l si in his in prin ff so ma et in l
si merces § culpe ff locati

Ambitiosus dicit symonia comitte no Jo an de pben
qz in tantu et talis est infamis no glo in q i nullus

Animus probat ex psumcionibus et coniecturis et quoqz p iura-
menta no glo c de secta l i vide glo et bar ff qui ex ca
in pos ca l fulcinius § qd si aut Animus pbat ex vbis et
factis precedentibus no glo ff de doli excep l apud celsum i pn
et de consti pe l i § eu qui na per circumstancias pba ani-
mus in foro contentioso no glo in cle infra de homici

Ante hec dictio in assignacon termini statuti ad aliquid fa-
ciendu ante decima diez stat inclusiue ut intelligat ante
decima diez completa ut no sup verbo terminus § ter-
minus si est assignat

Antecedens si est phibitu intelligit phibitu et conse-
quens de elec qualit et c quisquis et C de legi l no dubi-
um et vide sub vbo lex § lex que phibet

Antiqua facta an psumantur in dubio rite et legitie
gesta vide super vbo psumptio § psumitur p factis

Antiquu factu dicit qd excedit spaciu centu annoz vel qua-
dragimta annoz no an de testi c veniens i penul colup ad fi

Annus In romana curia incipit a die Natiuitatis cristi no
vo conclu 28 Et in ptibus anglie et francie incipit ab incar-
nacon ut no Jo conclu 107

Annus no habetur pro completo in bnficiis qferendis cu qstatuto dicit
q no dant bnficia nisi hntibus tot annos no Jo conclu 212

Appellatio suspendit sntaz no Jo conclu 370 Et si no sus-
pendit confirmacom ex iudicium sntaz et conf

nec alia re iudicialia no. an. de app. constitutus in penul
colum. fallit in sniis censurarum que non suspenduntur per ap-
pellationem ut infra proximo §, et vide sub verbo iudex § litiscontesta
tio § renunciatio § renunciari non potest iuri
Appellatio sicut non suspendit sententiam excommunicationis iam latam ita nec
sententiam suspensionis casus est alias tex. in c. 16 cui de sen. excom. li. vi
Appellationis causa est eadem cum principali tamen instancie sunt diu
se no. ro. conclu. 21.
Appellatio potest interponi tam ex iudicatu et similiter potest compelli ex
iudicatu dari, no ro. conclu. 321
Appellatio sola devolvit etiam cognitionem no. ro. conclu. 333. et
sic patet quod a sententia nulla appellari potest no. an. de app. dilecto
et potest iudex appellationis pronunciare eam nullam quod dic ut ibi et vi
de infra appellans a sententia nulla
Appellans etiam a sententia nulla devolvit tamen ad curiam nedum
appellationis sed ex negocii principalis et in vim talis appellationis
potest appellans etiam prosequi nullitatem no. ro. conclu. 321
Appellans ab interlocutoria tenetur exprimere causam quia tamen nullitatis
uel iniquitatis sicut qui appellat a gravamine alias non valet appellatio
no. ro. conclu. 2.
Appellans a gravamine uno uel pluribus expressis adiecta clausula gene
rali, et ab aliis omnibus gravaminibus que ex actis uel processu col
ligi possunt, non potest prosequi nisi gravamina expressata et dicta
generalis clausula nichil operatur sed pro iustificatione gravaminis ex-
pressi bene potest appellans adducere generaliter omnes causas gravaminis quod ap
paret ex actis no. ro. con. 7.
Appellans a sententia lata super revocatione attemptatorum tenetur cau
sas gravaminis exprimere ex quo ad hoc habetur pro interlocutoria
sed potest causas etiam non expressas prosequi et per novas probaciones
de iusticia docere ex quo ad hoc habetur pro diffinitiva no.
ro. con. 882.
Appellatio extraiudicialis verificari debet antequam insinuatur
iudici a quo no. ro. conclu. 330
Appellatio extraiudicialis si est commissa alicui auditori in palacio
apostolico statim processum commissorum claudunt et ligant manus executorum

sed ante commissionem non no. ro. conclu 332
Appellacio ad curiam in partibus interposita sive ante sive
sive post auditor cui appellacionis causa committitur inhibet iudici
a quo statim cum constat sibi appellatum et per appellacionem
causam ad curiam devolutam alias non no. ro. conclu. 81
Appellacione a gravamine ad curiam in partibus interposita auditor
cui committitur causa appellacionis cum negocio principali et cum potestate
citandi ad partes potest de equitate et secundum stilum curie inhibere iu
dici a quo etiam ante decretam citacionem no. ro. conclu. 51 quod
intelligo constito sibi de appellacione et devolucione ut proximo §.
Appellacio a gravamine iniusta si est in partibus ad curiam interposita
et auditori in curia commissa simul cum negocio principali et cum pote
state citandi ad partes licet auditor pronunciet male appella
tum tamen secundum stilum curie non fit remissio ad partes sed rema
net causa in curia et hoc propter appositam manum pape, licet forte
de iure contrarium sit no. ro. con. 61
Appellacione in curia interposita ab auditore Camere vel ab aliis
iudicibus in curia potest auditor cui facta est commissio appellacionis ci
tata parte ad dicendum contra commissionem statim inhibere nisi iudex
a quo fuit Cardinalis vel coauditor palacii quo casu non fit
inhibicio ante observacionem terminorum citacionis no. ro. conclu 51 Sed nec
tunc servatis illis terminis debet inhiberi si appellacio fuit interposita
ex causa manifeste frivola et licet inhibeatur nihil operatur nec im
peditur per hoc processus iudicis a quo ut no. conclu 398.
Appellacione interposita et inhibicione secuta processus factus per iu
dicem a quo post inhibicionem est nullus Idem de processu facto post
appellacionem licitam et ante inhibicionem no. scilicet conclu 126.
Processus autem factus pendente termino ad recipiendum apostolos bene
valet secundum Jo. an. ut no. ro. con. 128
Appellacione deserta an revocetur execucio facta appellacione
pendente vide sub verbo execucio § execucio facta pe
dente

Appellacionem deserens vel ei renuncians non intelligitur renun
ciare iuri attemptatorum ei quesito contra attemptantem per
ipsam appellacionem no. an. de eo qui mit[titur] poss[essionem] c. cum ve-

missent ꝫ op· qꝫ ppa
Appellacio deserit duobus modis tacite per lapsum fatalium et expresse per renunciacionem appellacionis no· in cle· si appellacionem de app· in glo· iii
Appellans agrauare licet postea appellet etiam a diffinitiua non intelligitur prime appellacioni renunciasse quia geminata appellacio non nocet ut glo· in cle· prima de do· et contu·
Appellans si secunda vice appellat ab eadem sententia vel grauamine tenet 2a appellacio non prima no· an· de app· dilectis ꝫ qui appellat contrarium tenet arch· et bar· cuius opinionem tenet dominus an· in fi· consulti ee
Appellacioni tacite renunciare videtur qui ad alium iudicem aliquid impetrat super re vel causa in qua appellauit no· Inno· de rescrip· ex parte g· vide an· de app· sollicitudinem
Appellacioni tacite renunciauit ille qui post appellacionem a grauamine procedit coram iudice a quo de offi· dele· gratum, etiam si protestetur se non velle ab appellacione recedere sed eam prosequi de app· sollicitudinem nisi ille processus fiat ad docendum aut iustificandum grauamen ut patet de app· si a iudice li· vi· in glo· multam tamen sunt pro appellacionem non renunciatur ut no· e· t· c· personas et c· sepe vide infra § appellacioni renunciare intelligitur
Appellacioni expresse renuncians etiam nullitati intelligitur renunciasse quia nullitas inclusa tacite in appellacione est accessorium ad istam appellacionem quod nota· ita dicit bal· in l· i C de sen· ex breu· reci· vide fran· de zaba· in cle· si appellacioni in fi· de app· / Predicta intellige quando appellans vult uti nullitate incidenter inclusa in appellacione secus si vult nullitatem principaliter deducere prima non obstante non renunciauit appellacioni ut patet in l· si expressum ff· de app· ubi desercio appellacionis non precludit viam nullitati et tamen desercio habet in se tacitam renunciacionem ut no· in cle· si appellacionem in iii glo· de app· et hoc tenet d· an· in ea· cle· super glo· fi· que idem sentit et vult bar· in dicta l· si expressum et d· an· in c· dilecto de app· vide de sen· excom· licet li· vi· in ij glo· et qꝫ no· do· de sanc· gemi· super ea et dicit ibi Io· an· super

71

v̄ prosequenter in nouella, qd nō solū deserēs sed etiam expsse uel tacite renūcians appellacōi, pt nichilominū pro sequi nullitatē vide oīo ibi l. j. qui limitat illud dctm qn agitur a sone ame, quo casu renūcians appellacōi auditur super nullitate alias secus scdm eum

Appellacōi licet quis videat renūciare per actū affirmatiuū corā iudice a quo gestū non tamē per actū sonantē in pati no. Jmo. de resti. spo. c. cū olim et d. an. de fi. pres. c. veniens in iij colump

Appellacōi renūciare intelligitur qui iudicē a quo adit et corā eo aliquid in causa agit qd dctm plures limitaciones recipit Prima limitacio est si ille actus fuit ab aduersa pte acceptatus alias secus Scda. si iudex a quo fuit iudicialiter aditus, secus si extra iudicialiter de ipo conquerendo Tercia. Si iudex a qo nō poterat adiri, ut iudex ad quē alias secus Quarta si fuit iudex aditus ut de se tantum examinaret, secus si ut tantum instructā ad sedē aplicam remittēt Quinta Si ille actus sonat in agē secus si in pati Sexta 2m quosdam si aditur iudex a quo, secus si aditur alius iudex inferior separatus Sed hec vltima nō placet d. an. qui pdicta no. de eo qui mit in poss. c. cū aduenisset Vbi op. qd ipa vide sup. appella cioni tacite renūciat

Appellacōi interposite non intelligitur quis tacite renūciare petendo ab solucionē corā iudice a quo si protestetur qd nō intendit applōi renūciare, qd est verū qn petit absolucionē ad finē ut ha bilitetur ad appellacionē prosequendam alias nō iuuat prote stacio no. an. d. app. c. dilecti 2. c. q̄ fronte

Appellacōi interponende nō videtur quis renūciare licz infra tempus appellandi aliquē actū fecit corā iudice, qui grauat, qd limitat Jo. de ligna., si ille actus continet grauamē no. vo. casu 2m puta qn ille actus est mera execucio grauais ut no. an. de app. sollicitudine iiij col. v̄ Scdo casus et tangit eandē p. eadē de eo q̄ mit in poss. cū venisset v̄ op. qd ipa Jtem limi ta id verū qn grauatus aliquid agit parendo iussui iudicis secus si sponte offerens quid agat ut no. Jo. an. d. app. c. si. li. vi

super glo. quod si. in nouella Sed hosti dicit indistincte non
videt renunciasse ut no 70 an de testi. et significatiuit super
in dece dies
Appellacioni future an possit renunciari vide sup verbo renuncia
